Duplex ē obtū, unū natalis inclinaōnis, aliud natalis attingentiæ. 1ū dicit illud, ad quod potā ex se ōnāt; lēt p solas proprias n̄atales vires illud ōsequi n̄ valeat. 2ū nominat illud, in quod potā viribus suis natalibus pt operari. De utroq obtō procedit qūstio, ōsiderando inctū n̄rū n̄ solū in se, sd etiā prout a corpore dependens in hoc mortali statu. Ad quod::::

Dicimus, obtū adequatū n̄ri inctūs 1ū natalē inclioēm ēe ens reale univāsē acceptū; 2ū natalē attingentiā ēe ens finitū: at pro statu isto mortali ēē tamen:

modo id, quod aliqua rone sub sensibus cadit. Pr 1a pars: intellus nre elevari pt ad Deu intuitive videndu, ut fides docet; sd nulla pota evehi pt extra latitune sui obti ad quod suapte nata inclinat: go. Pr 2a pars: intellus nra npt propriis natalibus viribus cogere Deu intuitive, qa obtu supnatale, tu ut e Deus in se clare, et diste, nequit natalis attingere: go. Pr 3a pars: sola sensibilia pro statu isto mortali movent intellu nru, cu nihil sit in intu, quin prius fuerit in sensu, l. immate, l. mate: go. Hinc substa cogcemus mediis accidentibus, et alia oia mediis sensibilibus percipimus. Alioquin pciperemus natalis, substa panis in Eucharistia n amplius existere post consecraone.

Sd e advertendu, quod intellus nra het pro obto ens reale, n solu sub rone veri, sd etia sub rone entis, boni &a. Ens eni reale ut proprie essa movet intellu nru. Cu va intellus, et voluntas sint duae facultes subornate, possunt here pro suo obto duas has rones, ens, et bonu, qa ronis iste n ss disparate, sd subornate. Nec ad natale inclinaone intellus nri ad videndu Deu requit, quod natalis possit illu videre; sd sufficit, quod talis inclinao possit supnalis adimpleri.

QUÆSTIO 7a.

An operaones ae roalis rea ab ea distinguantur?

Retiores Phi, cu negent oe fra accidentale, negant tn operaones ae ab ea disgui. Propterea ge sustinent, diversas cogciones nras aliud n ee, nisi diversas modificaones ae, diversas ejusde tendentias, ac diversoru obtoru terminaones; adeo ut aa n transeat de cogcione, in cogcione, sd solu a uno modo cogitandi ad alteru. Quemadmodu extensio eade corporis nulla eide sup addita entite, ex quadrata fit triangularis, atque ab una ad alia figura transit. Dtraria e sentia e cois in Peripateticos. Cu quibus.....

Dicimus, intellectione, et volitione rea disgui ab aa roali. Pr 1o: si intellectio n disgueret rea ab aa roali, hec operaret p actu ase indistu, et sine intrinseca mutaone sui ex n cogcente fieret cogcens, ide dic de volione, sd iste modus operandi e proprius solius Dei immutabilis, et oino simplicis: go. Mar e de mente Retioru; mix sentia SS. P.P.

Prova 2o: si aa operaret p intellectione ase indistu, eet substa supnalis, et heret ea pfectione, qua Deus e

supra natã; hoc ē absurdũ: ḡo. Ans: tunc aĩa ñ eẽt substã natãlis, sumpto ti supra natã; hoc ē absurdũ: ḡo. Ans: tunc aĩa ñ eẽt substã natãlis, sumpto ti

natalis ñ solũ prout opponit violento, sd etiã prout opponit supñali; ñ prout opponit violento, qa si aliquid dicit natale, quatenus dicit priũ passivũ, in quo aliud a se distũ recipit: ñ prout opponit supñali, qã hoc modo natale dicit priũ activũ alterius a se productivũ. Cũ ã stante opiõne Petioñũ, nullũ ex his priis hẽret aĩa, qã nihil produceret, nec reciperet; ideo herẽt eã pfeõnẽ, qua Deus ē supra natã; ac proinde eẽt supñalis.

Probat 3°: ea xã distĩnt, quæ possunt separari; sd aĩa separari pt ab intellectione, et amore, ut pẽt in viãne, et fruitione beata, a quibus pro statu isto aĩa separata ē: ḡo. Tũ: aĩa cogitat se ipsam: ḡo cogeione xã a se distã. Alioqain si aĩa ñ eẽt distã a cogeione, sive cogitaõne, tunc cogitaõ eẽt cogitaõ cogitaõnis.

Objic 1°: Deus vivit p actus a se xã indistos: ḡo et aĩa, qã hæc vere, et proprie vivit, sicuti vere, et proprie vivit Deus. Unde ḡo ... psẽ ñ fert vivere p actus distõs. Dfirõ: ñ minus ē pfectio intrinsece ptus essalis vitæ ... ca Diñæ libertati posse detrãhi se independenter a quocunque predeterminante, acsit pfectio natæ Diñæ, identitas cũ sua operaõne; sd hoc ñ obstante, libertas creata psẽ fert eandẽ potestẽ, et exista ipsa etiã ē xã indistã a creatura: ḡo.

Respõ, dũ eẽ rõnẽ vitæ in Deo, ac in creaturis. Deus eñ vivit p actus a se indistos, qa simplex ē, ac immutabilis; aĩa ã xpositã ē, ac mutabilis. Hinc Deus vita ipsa dicit, et semp actualis vivit. ñ sic aĩa nrã, qa ñ ē idẽ illi eẽ, et actualr vivere. Dcoptus vitæ, si in actu 1° accipiat, prout Deo, et creaturæ xvenit, psẽ fert priũ pcipiendi obtã: in actu võ 2° dicit actualẽ intelleõnẽ, quæ Deo substãlis ē, et ab ipso indista, propt summã simplicitẽ, et immutabilitẽ: quod aĩæ nrãæ ñ xvenit. Unde rõ vitæ actualis abstrahit ab identitẽ, et distõne, respectu illius, cui xvenit. Ad xfirmaõnẽ dico, multa eẽ, quæ Deo xveniunt, et creaturæ: et quidẽ p identitẽ, licet ñ pfectissimã, ut Deo propriũ ē. Ea ã prata, quæ soli Deo sũ propria, ñ possunt creaturis coicãri: ut simplicitas, et immutabilitas. Ut: ḡo quæ rõne Diñæ simplicitẽs, et immutabilitẽs indista sũ a Deo, ñ debent eẽ etiã indista in creaturis. Non sic, quæ sũ indista rõne sui, aut ex capite superfluitatis.

Objic 2°: œconomia voluntis nrãæ abunde explat p analogiã ad motũ localẽ; atqui motus localis nihil psẽ fert entitatis novæ distĩ a mobili, et loco: ḡo

nihil ejusmodi entitatis prae se fert volitio. Confirmatur: animam rationalem velle nil aliud est, nisi ipsam animam, stante alteratione humorum in sensibus, taliter affici, ut ipsa non se retrahat, nec conetur retrahere; adeoque non est opus actione ita dicta.

Respondeo, in primis, quod plurimi Peripatetici docent, motum localem esse quidpiam a mobili distinctum, eidemque superadditum. Deinde analogia illa, et semitiam prae se fert, et dissitiem, quamobrem non omnino eadem habenda est ratio motus, et volitionis. Itaque analogia in eo tantum sita est, quod S. August. expressit, ut nempe volitio, sive amor sit medium, quo voluntas in delectationem fertur, quemadmodum corpus locum obtinet per motum. Ita enim corpus pondere, (ait August. lib. 11. de Civit. Dei C. 28.) sicut animus amore fertur, quocunque fertur. Unde sicut transitus de loco ad locum fit admittendo viciniam unius, et acquirendo viciniam alterius, sic transitus voluntatis a volitione unius objecti ad volitionem alterius exit admittendo unam volitionem, et aliam acquirendo. Ad confirmationem negatur totum; nam anima etiam a corpore separata volitiones habet.

QUAESTIO 8ª

Utrum ideae animae rationalis sint ingenitae, vel adventitiae, vel factitiae?

Ideas rerum, quibus Deum, animam, et generalia axiomata, percipimus, esse a Deo nobis ingenitas, est sententia Cartesii, et Recentiorum, ut alibi diximus, quam sententiam reputabimus cum Gassendo, et Peripateticis, qui nullas ideas ingenitas agnoscunt; et cum Aristotele affirmant: Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, quatenus quidquid intelligimus, vel immediate, ac per se, vel mediate, et alterius gratia sub sensibus nostris cadit: quorum functione peracta, intellectus noster ideas sibi format, quae dicuntur adventitiae: habet etiam vim ideas varie componendi, dividendi, abstrahendi, amplificandi, comparandi; qua una idea accepta, intellectus alias affirmat, proportione quadam illi correspondentes: quas factitias appellamus. Idea enim aliud non est, nisi imago rei, quae cogitatur. Clara dicitur, quando aperte rem manifestat. Distincta, quando rem unam ab altera secernit. Perfecta, quando quidquid in re extat, expresse repraesentat.

Dicimus, ergo, nullam in nobis extare ideam ingenitam, sed omnes adventitias esse, vel factitias. Ita Arist., et Subt. D.r l. Posteriorum. Q. 1. Probatur: scientia experimentali manifestum fit, nihil nos concipere, nisi sub specie aliqua, quam Phantasia suppeditet: ergo. Antecedens patet; quia nullam habemus ideam eorum, quae

nullatenus nris sensibus pcipimus: ut pt in cæco a nativitate, qui nullã ideã coloris hēt. Ergo contrarij afferant se hēre ideas claras, et distas rerũ: præsertim Dei, veritatis, Angelorũ, Animæ, cogitaōnis, sapiẽ, pulcritudinis, Numeri, Rei, substæ, temporis, et negaōnis; harũ ideas exponemus in nobis ex sensibus ductas.

In primis existã Dei ex creaturarũ contingẽ demonstrat. Eodẽ raocinaōnes generare. Unitas Dei colligit. Atributa ã Dei ex ijs ducunt, quæ miramur in nobis, ablatis imperfeōnibus: sic ss diuturnitas, potã, sciã, bonitas, beatitudo, quas quãtũ possimus amplificamus, ac deinde dicimus Deũ æternũ, oĩpotentẽ, omniscium, optimũ, beatissimũ. Incorporeũ Deũ, ut ẽ in se concipere ñ valemus, nec claram, distã que ideã Dei hēmus; sd solũ negative eũ incorporeũ pcipere possumus removendo ab eo rõnẽ corporis. Veritatis ideã comparamus, qã cũ ideã, quã aliqd hēmus, verã judicavimus, quaniã obto conformis erat; hoc ipsũ reflexa cogcione attingentes, cogcimus, veritẽ in conformite ideæ ad obtũ consistere.

Idea Angelorũ, et Aĩæ roalis in nobis confusa ē, modo quo Deũ incorporeũ conamur attingere. Eos enĩ concipimus, velut auram tenuẽ, subtilissimã, lucidissimã, cui cogitandi vĩ, et volendi atribuimus, et a qua removemus eē corporeũ. Cogitaōnis idea ad instar sensibiliũ effingit. Sicut enĩ mens ex idea unius urbis effingit ideã alterius, ita ex idea unius actionis, v. gr. visiōnis, fingere pt ideã alterius, puta cogitaōnis.

Sapiẽ, et Pulcritudinis ideã similẽ originẽ hēt, ac idea virtis. Illa ñ ē, nisi aggregatũ ex ideis verũ. Ista proporcionẽ, recta ql. dispoēnẽ ptiũ repræsentat, quã ab obtis visis oriẽs. Numeri ideã ex sensibili re singulari hēmus; eãque multiplicamus ex dibisibilite corporũ, quã concipimus. Rei idea cũ sit vlis, ex singularibus, ut similia ss, colligit. Substæ ideã cogitamus, ut aliquid accidentibus substãns, et ñ in alio, sd p se existens; ñ ā nisi p accĩa pcipimus eã, et quidẽ confuse. Idea temporis ē idea Motus; hæc ā quidpiã exprimit hēns ptes sibi sucedentes: quod ex locali corporũ sucesione colligimus. Negaōnis ā idea nulla ē; nec negaōnes cogcimus, nisi indirecte, quatenus rẽ ñ eē pcipimus. Ex his constat, nullã ideã in nobis ẽ, nisi ex sensibus aliquomodo derivatã.

Objic. 1.º ex Cartesio idea Dei mentibus nris ingenita ē; nec pt a sensibus hauriri: ergo. Confirmat: tantũ pfeōnis saltẽ debet eē in caã, quantũ ē in effu: ergo saltẽ tantũ debet eē realitis formali in caã

ideæ, quantæ obtivè realitis ē in idea; s'd idea Dei, quæ ē in nobis, ē longè perfectior, quàm mens n̄ra, cæteraq. entia sensibilia. Idem valet de idea substiæ: g°.
Respōt negādo ants, et nēgādo antis 9secutionis, ex quo nil 9tranos: nam idea Dei, quam pro hoc statu hemus, n̄ ē clara, et distincta, s'd 9fusa, et imperfecta. Idem dic de substiā, aliisq. rebus abditioribus. Unde talem ideam intus n̄r efficit, ocaōne ā sensibus accepta, sic, res sensibiles spēm sui in oculum imprimūt, ex spē ista alteram cum phantasia in ipsa intelligit producere, item qy ex hac, et cum hac aliam efficit intus spitālem in se ipso spēm obti repræsentativam, quæ obtō ē similis, n̄ quidem in entitāte, s'd in repræsentando, xāmodum, quo obtum ipsum attingāt. Ex hac spē intus ideam sibi exprimit, et finalem obti cognitionem efformat. Ex acceptis ā sensibilium ideis alias sibi variis modis intus 9ponit, et efingāt. Unde idea Dei, quæ in nobis ē, partim ā sensibus hausta, partim efficta dici pt ab intu; n̄ aūt ē pfectior illo.

Objic 2°: in cæco a nativitē ē idea colorum: g°. Ans: in nobis, et si claudamus oculos, sensus lucis, et colorum, etiam clausis oculis excitantr: g°. 9firmāt: dussī in nobis ideæ solis; una hausta ex sensibus, quo parvus apparet; altera ex ronibus astronomicis ducta, quā ingens ēe 9spicit. Atqui hæc, quæ vera ē n̄ ē ex sensibus hausta, s'd ex [illegible] notionibus innatis elicita: g°.

Respōt negādo ants, et ad probaōnem dico, interdum excitari in nobis sensum aliquem obscurum lucis, aut colorum, etiā clausis oculis, qā videndi virte pollemus, coloresqe, et lucem aliquādo pspeximus, et palpebras ptransparentes hemus, adeo ut sint in nobis instar velin plane opaci. Non ā accidit in ipsis, quibus oculi, l, 9fosi, l, effæti sī, et nihil unquā videaunt, et quibus parersī cæci ab exortu: in quorum aā facultas quidem ē videndi; s'd in effum n̄ exitsum, quoniam organum videndi in illis aut nullum ē, aut male dispotem. Ad 9firmaōnem dico, quod vera illa idea soli n̄ procedit ex innata noōne, s'd ex notione p sensus acquitā, quatenus expeēntia probat, et raō 9fiāt, res distantes apparere minores se ipsis vicinis.

QUÆSTIO 9ª.

An Habitus supnāles aīæ ab ipsa rēr distinguantr.

Nomine hūs intelligimus qualitēm aliquam pmanentem, quæ n̄ po:

tentijraie recipit, easqe disponit ad operandum. Unde hus alij sunt acquisiti, alij vero infu-
si. Acquisiti, seu naturales sunt qui ex repetitione actuum producuntur; unde sunt ejusdem speci-
ei cum actibus, a quibus procedunt, deserviuntque ad facilius operandum. Infusi vero
seu supernales elevant potentias ad objectum supernale attingendum; unde necessarij sunt ad simpliciter, et
absolute operandum, quia sine illis operatio supernalis haberi non potest. Rectiores negant, esse aliquam
qualitatem spiritualem realiter ab anima distinctam, eidemque superfusam, nec cogunt etiam fateri existentiam
accidentium absolutorum materialium in sensu peripatetico. Praesens quaestio solum procedit de
habitibus supernalibus, ut sunt fides, spes, charitas, sive gratia habitualis, et lumen
gloriae. Ad quam.....

Dicimus, hus supernales esse qualitates quasdam spirituales, ab anima
realiter distinctas, et in ea receptas. Ita communis Theologorum sententia. Probatur praesertim de gratia
habituali: Conc. Trid. Ses. 6.ª de justif. C. 7. inquit: unica formalis causa (nempe justifi-
cationis) est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videli-
cet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur, sed vere
justi nominamur, et sumus, justitiam in nobis recipientes unusquisque suam.... Per
spiritum S. charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis
inhaeret: unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul
infusa accipit homo per Christum, cui inseritur, fidem, spem, et charitatem. Et can. 11. ait:
si quis dixerit, homines justificari, vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola remissio-
ne peccatorum, exclusa gratia, et charitate, quae in cordibus eorum per spiritum Sanctum
diffundatur, atque illis inhaereat; aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum
favorem Dei, anathema sit.

Ex quo sic formo discursum: quod se habet, ut causa
formalis, quod nobis a Deo donatur, quod diffunditur in cordibus nostris, quod nobis inhaeret,
quod infunditur, quod non est tantum favor Dei: quidpiam est a Deo, et nobis realiter distinctum,
et in anima nostra intrinsece receptum, atque illi superadditum: Igitur, vel est substantia, vel qualitas:
non substantia, quia non sunt in nobis duae spirituales substantiae, nec possibile est substantia supernalis crea-
ta: ergo erit qualitas, seu entitas quaedam addita animae rationali, et ab ea realiter distincta.

Con-
firmatur: quia sunt certissima theologiae fundamenta, quibus Ecclesiae definitionum genuinus
aperire sensus. Primum est, Ecclesiae definitiones intelligendas esse in sensu contradicente
Hereticorum opinionibus. Secundum, verba conciliorum accipienda esse juxta sensum tune

temporis cōem. Atqui Lutherani, et Calvinistæ, quos pstrinxit Trid. dicebant, gratiam ñ ēē quidpiam à Deo aiē nrē infussum, et coicatum, et ab ipso Deo, et aia distum: ḡo. Rursus ea verba coiām ēē frale, donari, recipi, deffundi, inherere, infundi, sempr̄, et maximè tunc temporis, xā Phōs cōes, Theologos, Legis peritos, et Grammaticos etiā, sigficabant quidpiam distum à donante, et ab eo cui rēs tribuebat; quidpiam reale, intus coicatum: præsertim vō illud inherere, entitatem quandam accidentalem præ se ferebat: ḡo.

Respondent Retiores, allatas defiōnes facile exponi absqe ōi entitate accidentali aiē supāddita, p solam paōnem indirtam xā ab aiā, correspondentem actioni Diñe, quę xā indista ē ab ipso Deo. Dicunt enim, gratiam præseferre actionem ex pte Dei sanctificantis, justificantis, et paōnem ex pte aiē sanctificatę. Sd sicut actio illa ñ ē entitas Deo supāddita, ita nec paō in aiā. Ambę tn̄ ɔcipi possunt, ut actiā metaca, ɔceptu rāo dista, unde varius aiē status intelligit, sicuti status varius Dei, ñ p aliquid intrinecum, sd p aliquid extrincum, quo dixse in aiā denominaones hēnt, ut in Deo. Trid. ā loquit de gr̄a, et eam ab aiā disquit Juxta nram ɔcipiendi modum, et hoc sensu dicunt eam receptam, infussam, diffussam, quatenus ex nrō ɔcipiendi modo velut entitas supāddita spectat.

Sd ɔtra 1°: si gratia in aiā dicit solam paōnem similem actioni Dei; tunc sicut actio Dei dicit in Deo solam extrincam denominaōnem justificantis, ita gratia solam extrincam denominaōnem diceret in aiā justificata. Atqui hoc ē ɔtra consilium; qā favor Dei extrinecus ñ ē aliud, qām extrinca quędam denominaō: ḡo. ɔtra 2°: si quis affraret actionem Dei Sanctificantis in Deo recipi, diffundi, inherere, is ineptissime loqueret: ḡo si paō aiē sanctificatę ē ōnō similis actioni Dei, Trid. ineptissime loqueret, dicendo, gratiam in aiā recipi, diffundi, inherere. Demiqe nulla nova realis frā hēt, nisi nova in re heat frā: ḡo.

Objic 1°: esto consilium definiat, charitatem diffundi in cordibus nrīs, et illis inherere, ñ tn̄ sub nomine habitum. Unde Dominicus Soto ait: ñ ēē ɔtra fidem neqe gratiam inherentem. Melchior Canus lib. 7. de locis theologicis, c. 2°. inter questiones in Scholis Salva fide ɔtroversas hanc reponit. An gratia, qua

justificamur, sit quædam qualitas animo impressa. Hi Theologi concilio Trid. interfuere. Celebris est etiam inter eruditos Theologos sententia Dionisij Patavij docentis, ipsam substantiam Spiritus Sancti ad justos, et adoptivos Dei filios efficiendos divinitus infundi, adeo ut substantialis quædam sit Spiritus Sancti conjunctio cum justorum animis. Idem videtur docuisse Petrus Lombardus Magister Sententiarum: ergo.

Respondeo, non videre, quid sit de fide, habitus supernaturales esse qualitates in sensu peripatetico; illud unica constituimus, fide teneri gratiam sanctificantem, et aliquid a donis nostris suppressam, et ab illis, et a Deo realiter distinctam. Non autem hoc additum sit habitus, licet non, Philosophi disputant. Itaque entitatem aliquam a Deo, et anima distinctam, atque a quolibet etiam actu fluente, et transitorio, catholicus quisque tenetur admittere, qua justificentur peccatores, et quæ infantibus infundatur, dum baptizantur. Hæc entitas communi, et recepto usu habitus appellatur, et qualitas. Trid. tamen ab hac appellatione se abstinuit, ne quæstionem de nomine diximeret. Nos vero communem usum sequimur, quo entitas illa qualitas habitualis appellatur.

Hinc laudatus Dominicus de Soto asserit, revera temerarium negare gratiam hanc inhærentem per modum qualitatis, et addit: Tridentina synodus anathema eam censet, qui inhærentem justitiam non confitetur. Et ideo quidquid sit de habitibus hæreticus ex hinc habendus est, qui justitiam inhærentem negaverit. Melchior Canus non loquitur de hac quæstione, sed de illa, utrum gratia habitualis debeat simul esse, et operari, atque aliarum virtutum sit radix, an vero duo hæc posteriora sint charitati adscribenda, tanquam habitui realiter a gratia distincto. Illa autem sententia Patavij non excludit gratiam intrinsecam, ab anima, et spiritu sancto distinctam, et nobis inhærentem, ut ipse testatur. Animadvertit etiam sub 1. D. in 1.° D. 17. q. 2.ª Magistrum Sententiarum non negasse internam in justis charitatem, et gratiam sanctificantem, quamquam dixerit etiam charitatem esse ipsummet Spiritum Sanctum.

Objicies 2.°: nequit anima intrinsece mutari, quin post mutationem sit intrinsece alia, quam antea erat; sed anima in statu peccati eadem est, ac posquam justificatur: ergo. Tum: S. August. in lib. de Natura, et gratia, gratiam appellat lucem. Unde serm. 18. in psalmum 118. ait: Deus per se ipsum qui lux est, illuminat pias mentes: ergo gratia non est aliud, nisi Deus pias mentes illuminans. Tum: Sicut anima dicitur Deo grata per gratiam, ita Deus dicitur sapiens per sapientiam; et utraque denominatio est in genere causæ formalis, et intrinseca; sed in Deo nulla entitas distincta habetur: ergo.

Respondeo ad 1.um distinguendo majorem: in statu peccati eadem est essentialiter;

ɔdō: accidentali, nego. Ad 2um dico, Deum p se ipsum illuminare efficientr, n̄ fr, ut gratia habituali. Ad 3um disparitas ē, qā Deus ē sapiens p identitatem, qa nequit eē n̄ sapiens; creatura vō n̄ ē Deo grata p identitatem, qa pluries grata n̄ ē.

QUÆSTIO 10a:

An habitus supnāles creent, l. educantur.

Pro certo hendum ē, actia supnalia, sive actus supnales fidei, spei, et charitatis, atq. visionem beatam, et fruitionem educi ex pota suarum subtorum. Sic Subl. Dr in 1o D. 17. Q. 3a. ubi ait: quid ē igitr dicendum, quod ōe supnāle creat, si ɔsideratur de ōi actu 1o supnāli; n̄ oportet ɔsiderare de supnāli, qui ē actus 2us, qa ad ipsum ɔcurrit pota creata in rōne activi aliquo modo, et in rōne receptivi. Quod secundum, qa nulla creatura pt creare, nec elevari à Deo ad creandum; sed actus supnales hent eē à creatura, nempe a potijs aīe: ego. Praecipua ergo dificultas de habitibus supnalibus, ut sunt fides, spes, charitas, l. grā, et lumen gloriæ. Circa quam Thostæ sustinent eduonem; cui sentiæ adheret N. Sap. Mastrius, lib. 1o phicæ D. 3a. Q. 3a. art. 2o ubi ait: qui vult sustinere cum comunioni, gratiam, et cetera dona supnālia creari, id sustinere debet ob auctoritātes sac. scripturarum, et antiquorum scholasticorum, quorum auctoritati maxime ē tribuendo, n̄ ob aliquam rōnem obligantem; nulla talis adest; immo potius urget in oppositum. Sed mirori, Doctissimum virum judicasse auctoritātes scripturarum, et scholasticorum n̄ fundari in urgenti rōne. Quare:::: Dicimus, hūs supnāles fidei, spei, charitatis, seu gratiæ, et luminis gloriæ, n̄ educi, sed stricte creari. Sic cōis scotarum cum Dre in 1o D. 16. Q. 6. prope finem, ubi ait: Dico, quod in eodem instanti temporis, in quo charitas, l. grā, tā creat, infundit aīæ, sed in alio, et alio instanti naturæ, qā prius natā charitas, l. grā creat, quam aīæ infundat: lcet totum sit in eodem instanti temporis. Clarius loquit in 2o D. 37. Q. 1. Gratia ē à solo Deo p creationem, et ab ipso solo ɔservat; et quidō destruit, anihilat; qa cujus produō ē creaō, ejus destruō ē anihilaō.

Probat rōne: natali pota, ex qua subti natali ē improportionata,

ut ex illa educant hũs p̃ se infusi: g̃o. Ans: dispositio mere natalis, seu ãma ut e natale ẽ improportionata ad recipiendũ gratiã, et alios hũs p̃ se infusos: g̃o Ans ẽ de fide ɔtra Pelagianos, et Massilienses. Cõa: minus dependet f̃ra à dispoõni subti, quã à pota pava exqua; sed cũ illa mĩri dependentia ñ stat proportio dispoõnis natalis ad f̃ras simplicit supñales: g̃o cũ maiõri dependentia à pota pava exqua ñ stat proportio subti natalis ad f̃ras simplit supñales. Atqui aĩa r̃oalis ẽ subtũ natale: g̃o.

Pt 2º: hũs simplicit supñales de linea actus t̃mi supñalis tribuentes subtis posse simpliciter operari supñalit p̃fectissimis operaõnibus supñalibus, exigunt extra tã sua produci p̃r creaõnẽ strictã; sed tales ss supradicti hũs: g̃o. Ms: f̃ra natalis p̃fectissima de linea actus t̃mi natalis tribuens subto posse simpliciter operari natalit p̃fectissimis operaõnibus natalibus, exigit ɔnatalit creari: g̃o. Ans ẽ verũ, ut stat in aĩa r̃oali, quã ñ creat, q̃a ẽ f̃ra, alias õis f̃ra crearet; nec substa, nã alis subste ñ creant; nec q̃a spitali, et vitalis, nã actus entãs, et voluntis ss tales, et educunt: g̃o solũ q̃a f̃ra natalis p̃fectissima &c.

Respondent aliqui, ex hoc solũ probari, hũs supñales ñ ɔtineri in pota pava natali aĩe, ñ ã in pota ejus obedientiali. Sed ɔtra: p̃fecta r̃aõ absolute probat, hũs supñales ñ ɔtineri in pota exqua aĩe, sive istã potã ɔpares ad agens natale, et sic natale appelles, sive ad agens supñale, et sic obedientialẽ nomines. Istẽ enĩ denominaões natalis, et obedientialis in pota pava supponunt, f̃rã ɔtineri in pota natali subti; solũ enĩ differunt penes hoc, quod pota natalis respicit agens natale, à quo reducat ad actũ, et obedientialis respicit agens supñale: g̃o.

Provat 3º destruendo potãle fundtũ ɔtrariorũ: ideo p̃ vos hũs supñales educunt, q̃a cũ sint f̃ri nãte, inherere subto, nate ss fieri dependenter ab eo; sed hoc ẽ falsũ: g̃o. Mi: f̃ri excedentes vires subti, exigitive, dispotive, et affective, licet sint nate inherere subto, ñ fiunt dependenter ab eo; tales ss dicti hũs: g̃o. Mi: tales hũs ss simpliciter supñales: g̃o. Ans ẽ ɔtrariorũ, cõa Dris q. 3ª Prologi, ubi appellat f̃ras supñales, quẽ dictis modis natã excedunt. Nec obstat dicere, quod hũs ss accĩa, et acciens exigit educi; nã si acciens ex r̃one accientis peteret educi, substa ex r̃one substẽ peteret creari, quod falsũ ẽ. Provat denique: ideo ɔtrarij dicunt, gratiã educi, q̃a dependet ab aĩa in conservari; sed hoc ẽ falsũ,

saltẽ dependentia ex qua: ergo. minor probatur; nam causa conservantes gratiam in anima sunt Deus physice, et carentia peccati moralis; causa vero destructive sunt ablatio manutenentiae Dei, et positio peccati: nam Deus statuit, gratiam conservare deficiente peccato, et ipso adveniente eam destruere. Sed quia haec dependentia gratiae a Deo, et peccato est dependentia ab extrinseco, et contrarij dicunt, gratiam dependere ab anima intrinsece, id est, tanquam a causa naturali; ideo signanter hoc negavi, expressando dependentiam ex qua: nam licet gratia dependeat ab anima dependentia in qua, seu tanquam a subiecto, in quo Deus decrevit illam creare; non tamen tanquam a causa naturali. Quia si ita dependeret gratia ab anima, non esset separabilis ab ea, de potentia ordinaria: nam quando Deus secum assumit causam naturalem ad producendam, et conservandam aliquam formam, tenetur illam conservare, quamdiu non est contrarium expellens dictam formam, ut patet in formis calorum: gratia autem nullum contrarium habet ex natura rei, quia peccatum solum moraliter ei opponitur.

Objicies 1.º: forma, quae in fieri, et conservari dependet a subiecto, educitur ex potentia ejus; sic sunt habitus supernaturales: ergo. minor: forma, quae intrinsece inhaeret subiecto, dependet in fieri, et conservari ab eo; sed habitus etc: ergo. Respondeo distinguendo ultimam majorem: forma, quae intrinsece inhaeret subiecto, dependet ab illo, dependentia in quo, vel, ex quo. Concedo; ex quo praecisse, nego. Et distinguo minorem: habitus supernaturales intrinsece inhaerent in anima ad suum effectum formalem in subiecto exercendum, concedo; ad suum esse ex anima recipiendum, nego.

Instabis: ideo accidentia naturalia educuntur, quia nequeunt naturaliter produci, et conservari sine subiecto; sic sunt habitus supernaturales: ergo. Ideo anima enim non dependet a corpore, ut a subiecto ex quo, quia naturaliter potest esse sine corpore. Respondeo distinguendo majorem: ideo accidentia naturalia educuntur, quia nequeunt etc, et alias continentur in potentia naturali subiecti, concedo; praecisse quia nequeunt etc, nego. Accidentia enim naturalia cum non excedant vires subiecti, continentur in ejus potentia naturali, et ab eo educuntur. Non sic habitus supernaturales, qui excedunt vires subiecti. Similiter, anima ultra posse conservari naturaliter sine corpore, est substantia spiritualis omnino excedens vires illius in quocunque genere causae et haec est ratio a priori, ut non educatur.

Objicies 2.º: ideo habitus supernaturales non educuntur, quia sunt supernaturales; sed hoc non probat: ergo. minor: visio, et fruitio beata sunt supernaturalia; sed

educunt: ergo. Idem dic de unione, quia gratia unitatem. Respondeo distinguendo maiorem: quae sunt supernaturales de linea actus primi, verum, ut in 2ª probavimus, concedo; praecisse, quia supernales negatur. unio, et fruitio beata, cum sint de linea actus 2i, et vitales, continentur in potentijs vitalibus, et educuntur. Unio autem gratiae ad animam est entitive naturalis, quia resultat naturaliter ex entitatijs partis in esse, sed admisso, quod sit supernalis, nil contra nos; quia cum tamen supponat gratiam in anima, sicut unitas relatio supponit extrema, sufficienter anima supponitur elevata, ut talis unio ex ipsa educatur. At respectu gratiae nil supponitur elevans animam.

Objicies denique: ideo tales habitus non educuntur, quia nequeunt contineri in subiecto continentia potentia ex qua; hoc est falsum: ergo. Minor: ideo non, quia quatenus simpliciter supernales, sunt superioris ordinis anima rationali; sed hoc non probat: ergo. Minor: forma simpliciter vitalis est superioris ordinis subiecto non vitali; sed in illo continetur: ut patet in anima vegetativa, et sensitiva, quae sunt vitales, et continentur in corpore, ex quo educuntur: ergo. Respondeo negando ultimam maiorem, et rationem argumenti, quod in aequivoco laborat. Aliud enim est aliquid esse alio perfectius, et aliud esse altioris, superioris ordinis: siquidem forma est perfectior materia, et non est superioris ordinis. Idem dic de anima, tam rationali, quam vegetativa, et sensitiva; nam rationalis est perfectior habitibus, et non est superioris ordinis; aliae vero sunt perfectiores corporis, et non sunt altioris ordinis. Habitus autem supernales, et si sint imperfectiores anima, sunt superioris ordinis, et excedunt naturam cujuscunque agentis naturalis in quocunque genere causae.

Quaestio pro more oppotimis inquirens, utrum dentur accidentia absoluta in Scena Perhipatetico.
Si rorent Caeli desuper, si nempe Sol justitiae, qui lumen est delumine, illustret mentem, si Spiritus ille Paraclitus, qui accendit lumen sensibus, doceat animam, si Stella quoque maris coruscante, animam in ... nitate fixa sanctitatis astra sapientiae influant, si tandem mihi dicendi veniam concesseris, R. A. P. N. qui tanquam luminare majus, quod liberalissimo nutu, virtutum radijs in has Argolorum Sphaeras refulges, cuius si vitam attendam, integer, si virtutes, ornatissimus; si scientiam, et sapientiam, plenus, si providentiam insignis, si charitatem accensus; si demum una cum natura charites, prospiciam, undequaque mirandus ostenderis, atque maxime extollendus: vobis quoque mihi faventibus P. P. amplissime quae sapientia opera ...

merito maximo ad censoriã dignitatẽ evecti, vobis etiã Serenissimi commilitones, quos Scoticę militię nostrę arma peracuta jam, jam vibrantes intuor; omniũque adstantiũ condecorata corona: Si Verentũ, inquã, cœli desuper, Si nempe Sol Justitię, qui lumen ē de lumine, illustret mentem; Si Spiritus ille Paraclitus, qui accendit lumen sensibus doceat oĩa; Si stella quoque maris coruscante oĩa in æternitate fixa Sanctitatis astra Sapientiam influant: Philosophi textũ expositurus aggredior, quem, adstante expectabili conspectu vestro, sortitus sum, estatque apud Phũ, in 2º de ortu, et interitu, cujus initiũ ad literã sic ē::

Textus.

De ortu aũt, ac interitu eorũ, quę natura gignunt, intereuntque &c.

Hunc textũ difficultatum satis gravidũ in tres divisũ ē partes oẽs noruñt. Quarum in prima Phũs hoc proponit dubiũ: An generaõ proprie dicta, quę sc. ñ ad accidens, sd ad substã terminet, differat ab alteraõne? et posquã veterum sententias refert, confert, et damnat, resolvit protinus, quod jam in suo tempore erat cõis distinguens generaõnẽ ab alteraõnẽ in eo quod generaõ fit per congregaõnẽ aliquorũ, sd corruptio per ipsorũ disgregaõnem; alteraõ vero per transmutaõnẽ aliquarum passionũ. Circa istã congregaõnem, et disgregaõnẽ modos dicendi Platonis, et Democriti validissimis compellit rõnibus, suã exhivens, et firmans opinionẽ. Decernit demũque generaõnẽ, et corruptionẽ versari circa aliquid simpliciter, id ē, substantiã, ñ circa accidencia. In 2ª parte ñ minus profunde, quã profuse loquit. Phũs de accretione, et decretione viventiũ, nutritionẽque, augmentaõnẽ, et diminuaõnẽ expendit. Quo aũt modo isti motus eveniant, et qualiter inter se differant, demonstrat; ex inde vero mixtionem elementorũ dilucidans, quid sit mixtio, quid mixcibile, quibus competat, qua rõne fiat, et an detur in rerum natura accuratissime discutit. In 3ª demique parte tradit Phũs quandam doctrinã oĩbus saine numeris absolutã circa conditiones ad agendũ, patiendũque necessarias, quarum tm̃ asignat, quod sit agens, ut tale, sit in actu, passum vero, ut tale sit in potentia 2ũ, quod agens, et passum ad invicem se tangant, l immate, si sit agens ultimum, l, mediate, si sit remotũ. 3ũ, quod agens, et passum ñ sint contraria, ideõ, similia, unde illud effatũ: agens ñ agit in simile. Docet tandem, quod agens ad genus cae̥ efficientis et finalis minime pertinet; passum vero ut tale, ad genus cae̥ materialis spectat. Et h. de tota litera textus in communi.

Subter quæ literæ pluriū rerum dificultates scatuerunt, nam illam Phi sedulo contemplantes, et nō satis plenum captū obtinentes, mente insudantes, disputantes, inquirentes, ad extremum usque in speculando deducti in plurimas tandem incidere quæstiones. Inter quas una, et sane dificilis, quam præ cæteris defensandā seligo, ortum ducere videt ex eo, quod Phus in 1ª parte laudati textus distinguit generaōnem, et corruōnē ab alteraōne, quatenus generaō fit per congregaōnē aliquarū et corruō per disgregaōnem: alteraō vero per transmutaōnē aliquarum pasionū. Has ā, quas pasiones vocat prius accīa nominaverat: quid ā sint, sub obscuritate reliquit. Cum ā res oēs, quæ nos in hoc universo circumstant, exis tere videant, permanere, stare, seu tandem substare, visus fuit aliquibus res oēs eē substas, pasiones tm earū, quæ ub. tale transmutari, alterari dicunt, unusquisque pro ut sibi placuit, explicuit. Sd hac difinione alteri n̄ convenit dixere, inquirendū eē de quidditate istarū pasio nurum, serio inquirendū, hinc explosa desidia. nū. Hinc statim lites interminabiles, hinc denique quæstio inquirens: hinc verborū ambages,

An dent accīa absuta in sensu Perhipatetico

Quā quæstionē pro more tripartitā exhibebo, cujus in prima parte aliqua dilegeme observabo; in 2ª conclusionem deducam, firmabo, et roborabo: in 3ª denique, si per tempus licuerit, Adversariorū conatus, prorsus evanescent.

Jt ā in his præstandis facies mea n̄ confundatur, justo præ ingenij exiguitate tremore, perculsus Mariam in voco, imploro, deprecor, Mariam nempe immaculatam virginem, Matremque Dei, cujus si semel patrocinium arreperim, quasi jam de re plene confecta gloriabor. Ad rem igitur incunctanter deveniendo &c.....

Sit jam Prima Lectionis Pars.

———

Pars 3.a Phiæ, sive Ethica.

Sicut Logā, et Mephica dirigunt intūm in verū, sic Ethica voluntē ornat in assequtionē boni. Hæc sic describitr: scīa practica, quæ circa actiones humanas, ut ad honestē dirigendas, occupatr. Dicitr scīa, qā plures cognitiones certas, et evidentes ɔplectit; practica vō, qā p̄ se ad bonū morale refert. Et quambis oīs rāo vitæ nræ influende, â Chatholica religione duci oporteat, et ipso tn̄ lumine natæ plurima apparent præcepta, atqe honestatis, et justitiæ regulæ, quæ unīcuiqꝫ oībus ostendunt, quid bonū amplectendū sit, quidqe malū evitandū. Unde hanc facultē p tratandā suscipimus, ut mere natalis ē, et solo natali lumine ɔtinetr. fatemur enī, eā â Theologia, et fidei docmatibus p̄fici, et elevari; sd propōtū nobis ē. Philosophi ptes n̄ omittere, eas vō, quæ Theologi ss, nullatenus occupare. Pauca tn̄ ob angustiā temporis de hac facultē dicemus.

Disputaō. 1.a

De bono, et malo.

Quæstio 1.a

An voluntas nrā possit amare malū sub rōne mali, et odire bonū sub rōne boni ~.

Bonū in præsenti n̄ sumitr, quatenus in se quidpiā p̄fectū ē, qā sic ad Mephicā ptinet, sd quatenus ad nos refertr, et bonos efficit mores nræ voluntatis. Sicqe describitr: perfectio, quæ ɔveniens ē: quæ videlicet nræ natæ accommodata ē. 1.o dividitr in bonū p essā, ut ē Deus, et p participaōnē, quod in

creaturis invenitur, licet à Deo derivatum. Istud vero aliud est corporis, ut sanitas, robur,
pulcritudo; aliud animi, ut scia, virtus; aliud fortunae, ut praedium, pecunia &c.
Unde celebris est divisio boni in honestum, jucundum, et utile. 1um est, quod rectae rationis
regulis congruit atque adeo per se est expetendum. 2um, quod nos delectat. 3um, quod
non ratione sui, sed propter aliud expetimus. Una tamen eademque res potest simul esse ho=
nesta, utilis, et jucunda. Sed nihil potest esse utile, quin honestum sit, affirmant Peri=
patetici, quia quod magis nocet, quam prodest, nequit proprie appellari utile,
quod autem non est honestum, magis nocet, quam prodest, igitur non erit utile.

Ex hoc
patet, quod malum, cum bono adversetur, nihil pro se fert, nisi privationem perfectionis
debitae seu omnis defectum. Si vero malum materialiter sumatur, nempe, ut est actio physica
a rectis regulis dissona, tunc quidpiam positivum est, sed illam ratione a rectitudinis de=
bitae, et a malitia oportet disquirere, quia talis actio in se mala non est, sed prout
dicit privationem rectitudinis debitae; hoc est, prout boni adversatur, et a legibus
prohibetur. Sed quia saepe homines decipiuntur malum sub specie boni amplectendo, du=
plex adhuc disquirenda est consideratio boni; nam 1. est reale, ut quando in se reve=
ra bonum est, l. apparens, ut quando in se malum est, sed sub specie boni menti
nostrae adversatur. l. praefixum dicitur, ut quando voluntas vi sua bonitatem confert ob=
jecto malo. Non loquimur in praesenti de malo sub specie apparenti l. prae=
fixa boni, sed quatenus malum est, et ut tale a nobis cogitatur. His notatis::::

Dicimus, voluntatem nostram non posse amare malum sub ratione mali; nec
odisse bonum ut bonum. Est Phi, et nostri Subl. D. in 4º. D. 49. q. 1ª. Ratio
ex ipso deducta: Voluntas nequit amare id, quod non cadit sub objecto actus volitionis,
nec odisse id, quod non cadit sub objecto nolitionis; sed malum sub ratione mali non cadit
sub objecto actus volitionis, nec bonum, ut bonum sub objecto actus nolitionis: ergo. Ex quo
constat, quod licet D.r alijs in locis dicat, voluntatem posse appetere malum, non tamen sub ratione
mali, sed sub ratione boni, licet praefixi.

Confirmatur praesens ratio: voluntas amore ten=
dit in objectum, et ab objecto allicitur, et atrahitur: unde teritur illud August. lib. 13 Confessionum C. 9.
Amor meus pondus meum: eo feror quocumque feror. Atqui sola bonitas habet
vim alliciendi, et trahendi voluntatem: malitia vero, et turpitudo deterret, et
avertit: ergo. Ex quo etiam constat voluntatem non posse odisse bonum, ut bonum est. Hinc
Dionisius lib. de Divinis Nominibus C. 4. ajebat: Nemo intendens ad malum opera=
tur, et August. C. 36. Enchiridis: miseri autem, inquit, esse nolumus, sed nec
velle possumus.

Si objiciant, quod voluntas est libera, et libere amat quid=
quid amat, et similiter odit quidquid odit; quae libertas destrueretur, si non po=
sse amare malum, et odisse bonum: Respondeo, quod voluntas respectu boni

gaudet libertate contradictionis, quatenus pt illud amare, vel n amare: n a libertate contrarietatis, quae dicta respicit obiecta formalia, ac exercet per actus specie diversos: unde licet n possit odisse bonum, nec amare malum, n tn nario amat bonum, nec hēt idio malum, qa pt oem suam actionem circa illa cohibere. Unde amor voluntatis semper respicit bonum, saltem pfictum; et similiter odium respicit malum.

QUAESTIO 2ª.

In quo stet naturalis felicitas hominis?

Varii sunt in hac materia Phorum sententiae. Licet oes conveniant, consistere nram natalem felicitatem in assequutione ultimi finis, qui, ut ait, Cicero, id est quo omnia, quae recte fiunt, referuntur; neque id ipsum usquam refertur: cum tn in scholis maxima sit, quid finis ultimi rōnem obtineat, ita ut oēs actiones nrae in illud dirigi debeant; ideo circa felicitatem dissentiunt.

Epicurus eam constituit in corporis voluptate. Cui [illegible] errori adhaerent, Aristippus Cyrenensis, et ejus sectatores, impiusque Mahometes. Stoici e contrario felicitatem in sola animi virtute sitam ee dicebant, adeo ut sapiens possit ee beatus, etiam si maximis vitae misseriis, doloribus, cruciatibus que urgeatur. Plato docuit, hoēm assequi felicitatem n, nisi post mortem; qa eam in possesione Dei constituit: sed hoc n lumine natali cognovit, sed ex divinis litteris accepit. Arles vo, quidquid alii dicant, ab ea probabili Magistri sui sententia n discernit. fatetur enim in primis, neminem in praesenti vita assequi posse plenam, pfectamque felicitatem, nam C. 10. lib. 1mi Ethicorum, quosdam ait in hac vita beatos quidem dici, sed n absolute: beatos autem, ut hoēs: et C. 11. aiās hoim post suam a corpore solutionem superstitar ee docet. Beationem vo C. 7. definit ee operationem aiae 2um virtutem in vita undique pfecta.

Unde Peripateticorum sententia natalem hois felicitatem in virtutis contemplatione, et virtutum exercitatione constituit; quod sic possumus declarare: hō intelligentia, et raciocinatione sua. ex rebus creatis ad Deum assurgere debet, ejusque existentiam assequi. Eum rōnem tam causae, entisque pfectissimi in ipso gnoscere, quatenus rerum oium auctor, conservator, ac provisor natā

ipsa duce demonstrad: unde fit, ut hō intimo conscientiæ sensu se Deo totū debere p̄noscat, eidēq̄ue amorē, et venerāōnē ab oībus exhibendā cē, atq̄ue subinde ipsius legē cē adimplendā, quā ille in cordibus n̄ris impressit. Hinc hæc veritātis contemplaō hoiū animos maxima delectaō-ne p̄fundit, atq̄ue ad honesti, virtutūq̄ue exercitaōnē accendit, ut Autori suo debitas grates, obedientiā, et cultū exhibeant, moresq̄ue suos ad rectæ rōnis, et legis natalis normā vitæ cōponant; alijsq̄ue etiā Deo præstante fruant̄ bonis, quæ honesti adversa n̄ ss. Unde::::

Dicimus, quod natalis hōis felicitas, lict imp̄fecta, nullatenus sita ē in voluptate corporis, aut bonis fortunæ, nec in sola virte, sd in veritātis, contemplaōne, virtutūq̄ue exercitaōne. P̄a 1ma pars: hō natā duce occultat, et dissimulat appetitū voluptatis propt̄ verecundiā: ḡo talis appetitus nequit hēri, ut summū bonū, immo rejiciendū ē. Bona ā fortunæ felicitatē hōis nequeunt efficere, q̄a communia ss bonis, et malis; ficta ss, et caduca; nobisq̄ue eripiunt̄, atq̄ue appetitū animi explere n̄ possunt.

Provat 2a: felicitas hēri n̄ pt in eo statu, qui perturbatus ē, atq̄ue natā duce fugiendus; sd vera virtus interturbat morbis, egestate, doloribus &c, quæ natā duce fugiendas eē edocemur: ḡo. Provat 3a: ex ijs oībus, quæ nos ∂ū natā capere possumus, nihil melius, nihil optabilius, nihil dignius hac intelligi pt, quā si præ-cipuæ animi n̄ri operaōnes ornātæ sint, ut intēs in verū n̄ræ, quod ē natāle ipsius objū, et voluntas in bonū ferad: rectæ rōni oīa respondeant; et cætera bona jucunda, et utilia, quæ honestati cōgruunt, præsto sint hōi: ḡo.

Objic. ex Epicureis: oē aāl sponte, et ā 1mo ortu voluptatē appetit, eaq̄ue, ut summo bono, gaudet; similis aspernad dolorē, et ipsū āde repellit, veluti summū malū. Atqui voluptas p̄ se expetenda ē, et dolor p̄ se fugiendus: ḡo sicut summū malū in doloribus potū ē, ita summū bonū in voluptate cōtinet. Cōfirād: sapiā, temperantia, cæteraq̄ue virtes n̄ propt̄ se expetendæ ss, sd prout ss artifices cōquirendæ, et cōparandæ voluptatis: modo quo artē medicā, et nauticā, n̄ propt̄ se, sd propt̄ utilitatē probamus: ḡo.

Respondendo maxm, et nego minm, et consm: Summi enim boni origo, et designatio non est petenda a primo animantium ortu, qui imperfectionem eorumdem statuum prae se fert. Natura enim movet infantem, non ut voluptatem expectat, sed ut se integrum, salvumque conservet. Crescente vero aetate, et accedente intelligentia, ex naturali ipsa ratione colligit homo, felicitatem nullatenus sitam esse in voluptate corporea. Voluptas enim corporis, ait Seneca, cum maxime delectet, extinguitur; itaque cito implet, et taedio est. Unde sicut nec summum malum in doloribus corporis positum est, sed praecipue in doloribus animi; ita naturalis felicitas ex animi perfectione, et virtute, potissimum ducitur, et ex aliis, quae cum jucunda, et utilia sint, non pugnant honestati. Ad confirmationem dispar ratio est, quia illae artes, cum in nostra utilitate inventae sint, eandem, ut finem respiciunt. Virtutes vero tum in se optimae sunt, tum ad animi voluptatem referunt.

DISPUTATIO 2a.

De actibus humanis.

QUAESTIO 1a.

Utrum voluntas nostra libera sit, et quomodo?

Ad quod sciendum est, quod vero libertas est duplex, una essentialis, altera accidentalis. 1a consistit in quadam indeterminatione dominij, qua voluntas, et si actum quodoque cohibere non possit, sed ipsa delectatur ad illum, et cum delectatione operatur. 2a, quae ad mores pertinet, indifferentiam prae se fert, tum contradictionis, tum contrarietatis. 1a indifferentia in potentia est, ut qui illa gaudet, possit agere, vel non agere, positis requisitis necessariis ad agendum. 2a, ut ex oppositis, et contrarijs possit unum rejicere, et alterum eligere. Huic libertati accidentali quaelibet necessitas contraria est. Dicitur accidentalis, quia circa contingentia versatur. Et quia aliqui hanc libertatem hominis volunt adimere::::

Dicimus, voluntatem nostram pollere libertate tum contrarietatis, tum contradictionis. Probatur: si homo non esset ita liber, non posset laudem in bonis actibus promereri, aut vituperium in malis; quia nullus est praemio, aut pena dignus, nisi in potestate sua

sit unum prae altero eligere: sicut nulla injustitia, nullaque virtus consistere potest, si homo necessitate adstrictus est, vel liber dicatur a violentia, et coactione. Unde nemo causas naturales laudat, vel vituperat; nec ijsdem virtutem, aut vitium atribuit: ergo. Actio enim voluntatis nostrae libera non est sine electione, nec electio haberi potest sine consultatione, ac deliberatione. Consultatio autem, et deliberatio locum non obtinent, ubi ad unum voluntas est necessario affixa, quamvis id ipsum sponte prosequatur.

Respondent, libertati repugnare necessitatem, quae violenta est, et coactio dicitur; non autem illam, quae simpliciter nominatur, et unius tantummodo amplectendi potestatem relinquit, nec tamen vim ullam afferat libero arbitrio, nec velle cogit. Sed contra: duo sunt in nobis actionum genera, nempe aliae, quae a voluntate sunt elicitae, aliae vero ab ipsa imperatae; sed in utroque genere actionum impossibilis est necessitas illa, quae vere, proprieque cogens, et violenta dicitur: ergo. Minor quoad 1am partem: si in actionibus a voluntate elicitis esset necessitas cogens, idem simul esset et non esset, quia esset actio voluntatis, ut supponitur, et non esset simul, quia volitio ab interno principio oriri debet: quod autem coactione absoluta fit, non oritur a principio intrinseco; nam violentum dicitur id, quod ab externo principio procedit, nihil conferente eo, quod patitur.

Dixi absoluta coactione, ad differentiam illius, quae appellatur secundum quid, et cum oppressi impetu impendentis mali, velle aliquid, et facere compellimur, velut evitandae mortis causa aliquod membrum praescidere, aut merces in naufragio projicere, et alia hujus generis, quae ita libere agimus, ut non sponte, sed moerentes agamus. Haec autem libertati non est prorsus opposita necessitas, sed spontaneo, nam licet omne spontaneum sit liberum, non tamen e contra. Probatur minor pro 2a parte: ut actiones a voluntate imperatae coactae dicerentur ac violentae, necesse est, ut voluntas in differentia sua illis reluctaretur, alias non essent violentae: ergo.

Ex dictis colliges 1o: voluntatem nostram uti sua libertate pro eo instanti, quo libere operatur; non quatenus operatur, sed quatenus sic operatur, ut possit non operari, sive, ut ajunt, non reduplicative, sed specificative, sic Scotus in 1o D. 39. et alibi saepe. Colliges 2o: extrinsecam nostrae libertatis radicem non esse Divinam omnipotentiam, sed Dei libertatem; intrinsecam vero sitam esse in ipsa voluntatis nostrae natura, seu indifferentia, non autem indifferentia ultimi judicij practici, quod a ratione intus efficitur. Ratio huius patet ex subl. Doctore in 1o D. 8. q. 3a. si ad aliquam ex Divinis perfectionibus referre oporteat nostram libertatem, ut istius extrinsecam principium potiori jure in illa constituatur, talis debet esse perfectio, quae

pota prius intelligatur nostrae libertatis, et qua sublata libertas nostra corruat: cum enim si mente nostra Deum concipiamus omnipotentem, seclusa libertate, prius non intelligeretur nostrae libertatis; sublata vero per conceptum nostrum Dei omnipotentia, non ideo corrueret nostra libertas: inde sequitur &c.

Ratio 2a partis est, quia indifferentia nostrae voluntatis nobilior est indifferentia judicij: Illa enim perfectionem dicit, ac propterea Deo etiam convenit; non sic ista, quae imperfectionem sapit mentis nostrae obiectum non satis perfecte attingentis, et probabiliter invitramque oppositam partem ratiocinantis: unde nullum in Deo locum habere potest: ergo indifferentia judicij non potest esse radix intrinseca nostrae libertatis, sive indifferentiae illius, quae propria est voluntatis nostrae.

QUAESTIO 2a.

An sit possibilis pura omissio libera?

Sensus quaestionis est, an voluntas nostra vi suae libertatis non solum possit se abstinere a prosecutione alicuius obiecti se convertendo ad aliud per alterum actum, qui directe, vel indirecte sit causa prioris illius omissionis; an vero possit ita libere omittere, ut nullum obiectum amplectatur, nullumque actum positivum eliciat, qui sit causa illius omissionis, quam puram nominant.

Dicimus, possibilem esse puram omissionem liberam. Sic communis opinio Scotistarum, quam et si Doctor ex professo non tractaverit, ex ipso colligimus, nam in 3o D. 1 S. docet, non solum esse in potestate voluntatis nostrae velle, et nolle, sed etiam non nolle, et hoc immediate: unde sic probatur: sicut voluntas nostra est libera libertate contrarietatis, ita etiam est libera libertate contradictionis: ergo libertas contradictionis debet exerceri per actus contradictorios, scilicet, actum positivum, et ejus carentiam, quae est pura omissio.

Sex priores constellationes in parte septentrionali versantur, aliae vero in Meridionali. Puncta autem, in quibus Zodiacus Equatorem secat, et ab isto vicissim secatur, Equinoctialia Arietis, vel Librae dicuntur. Illa vero, in quibus maxima est declinatio, vel distantia Zodiaci ab Equatore, appellantur Solsticialia Cancri, vel Capricorni accepto nomine a proxima Constellatione, juxta hos versus:

Haec duo Solstitium faciunt, Cancer, Capricornus.
Sed noctes equant Aries, et Libra diebus.

Ecclyptica tandem declinat ab Equatore 23 gradibus cum 30 circiter minutis; tantundem enim distat ab Equatore initium Cancri, et Capricorni, quae sunt Ecclypticae puncta, quae et Solstitia nominantur, quia dum Sol ad ea pervenit non amplius ab Equatore recedit, nisi post multos dies; ideoque respectu Equatoris stare videtur.

Alii duo circuli sunt duo coluri, quorum unus vocatur colurus Equinoctiorum, qui transit per eas sectiones Ecclypticae cum Equatore, in quibus incipiunt Signa, seu constellationes Arietis, et Librae; sive initio Veris, et Autumni. Alter dicitur Colurus Solstitiorum, quia transit per ea puncta, in quibus Eclyptica tangit tropicos Cancri, et Capricorni, sive initio Estatis, et hyemis. Coluri vocantur, quia cum transeant per utrumque Polum mundi, et Alter ex poli infra horizontem deprimatur et a nobis videri nequeat, ideoque ille circulus ab Horizonte secatur, et veluti mutillatur: unde Colurus idem est, ac Mutilus.

Circuli minores sphaerae sunt duo tropici, et duo Polares. Tropici sunt duo circuli Paralleli ad Equatorem, quorum descriptio incipit a duobus punctis Solstitialibus Cancri, et Capricorni. Tropici dicuntur, vel reverentes, quia cum Sol recedendo ab Equatore ad illos pervenerit, fere sistit, et rursus ad Equatorem

revertit. Qui Polo Artico proximior ē, Tropicus Cancri dicit: et etiā respectu nrū punctū altisolstitij, qa in eo Sol ad maximā elevaōnē supra Horizontē ascendit, et minus distat à nro Zenith, dicidetiā tropicus æstivus, qā dū Sol in ipso existit, fit æstati initiū, diurnior anni dies. Qui vō ad Polū Antarcticū accedit, Tropicus Capricorni vocat, et initiū hiemis designat, ac maxā declinaōnē Solis Australē. Duo Tropici ss tū itineris annui Solis, et intra se ɔtinent totū spatiū illud telluris, quod dicit Zona torrida propts excedentes æstus et terræ siccitatē. Ab his Tropicis incipiunt Zonæ temperatæ telluris, in quibus æqua ē aeris temperies, ac dispositiō caloris, et frigoris.

Circuli Polares si dicunt, l, qa hent in circumferentia Polos Zodiaci, l, qa parū distant à Polis mundi. Hi circuli ss æquatori paralleli, et ɔfines ss Zonarū temperatarū, et initiū frigidarū, quæ ut magis à Sole distant, et ñ nisi oblique respiciunt, nec illius radijs favent. Unde duo Tropici cū duobus Polaribus efficiunt, et intra se ɔtinent quinqz Zonas, unā Torridā, duas temperatas, et duas frigidas. Hæc sufficiant pro descriptione Sphæræ, cujus ope motus corporū celestiū facile intelliguntr. Nunc vō videamus alia scitu nāria, ut Systema Vrī distinctius assequamur.

Primo enī Parallaxis vox Græca ē, quæ diversitatē aspectus sigficat, et venit Astris inferioribus, quæ ex diūsis locis spectata ad diūsas quoqz celi partes referunt. Ita si duo hoēs, in diūsā mundi ptē existentes, Lunā ɔtuerentur, ñ ad easndē celi ptē referent Lunā ipsā, sd ad diūsās, eo qā mār ē aspectus diūsitas, quo Astrū fuerit telluri vicinus. Cū āu Parallaxis minime occurrat ꝑ rectā lineā inspicientibus, sd ijs tantū, qui oblique aspiciunt, requirit ad Parallaxis proporcionata dista inṫ inspicientē, et obtū vissū. Unde si Astrū fuerit à tellure remotissimū, adeo ut telluris magnitudo respectu illius sit minime sensibilis, tunc Astrū in eodē loco semper apparebit diūsis spectatoribus. Sic Stellæ fixæ nullā exhibent Parallaxī.

Secundō ex dicendis de reflexōne, et refractione

sequit, quod cum siderum radij et purissimo æthere in aere puriorem transeant, deinde in crassiorem, ac denique in Athmosferam, seu sphæram vaporem telluri circumfusam, sensim etiam ad successive refrangunt. Ex qua radiorum refraxione fit, ut sidera fere nunquam sint in eo loco, in quo videntur.

Tertio Crepusculum non est, nisi splendor, qui præcedit solem supra horizontem, vel remanet post occasum solis sub horizonte. Si vespere fiat, crepusculum dicitur. Si mane, aurora. Iam a vulgo receptum est, Crepusculum incipere, dum sol est 18. gradibus infra horizontem.

Ob diversitatem a motuum Planetarum habent ipsi diversos aspectus, qui numero quinque ab Astronomi asignantur, scilicet, Coniunctio, Oppositio, Sextile, Trinum, et Quadratum. Coniunctio fit, quando duo Planetæ sub eodem gradu Zodiaci sibi occurrunt. Oppositio sub diversis, et oppositis gradibus contingit. Sextile fit, quando duo Planetæ reperiuntur in distantia 60 gradium Eclypticæ, qui gradus complectuntur duo Zodiaci signa, vel sextam cæli partem. Trinum, quando longitudo unius ab alio est gradum 120, quæ distantia complectitur 3a partem Zodiaci, hoc est, quatuor signa, seu constellationes. Quadratum, quando duo Planetæ ab se distant 90 gradibus, nempe tribus signis, seu quarta parte Zodiaci.

His de prijs Cosmographiæ dictis, tres sunt celebriora Systemata cælorum, scilicet, Ptolomaicum, Copernicanum, Tychonicum. Ptolomeus sic Mundum dispositum esse arbitratur: Terraqueus globus Centrum occupat, tellurem circumambit aeria regio, et Sphæra ignis, seu ætheris subtilissimum; postea circuli illi, in quibus planetæ suos motus exercent, nempe Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, Saturnus: qui circuli centrum habent commune, scilicet centrum terræ.

Super Planetas septem volvitur sphæra stelarum fixarum, quæ ab Astronomis vocatur octava sphæra. Plerique alia tres huic Systemate addiderunt, scilicet, duas Crystallinas, et primum mobile, quod suo rapido motu secum trahit totam Mundi machinam spatio 24 horarum. Unde in

hoc Systemate undecim ss Sphaerae, seu Caeli, quibus si addat Empyreum, duodecim asignant. Sed est advertendum, quod Stellae, et Planetae rapiuntur a 1º mobile, et motus iste dicitur: hunc cois, praeter quem stellae oes habent alterum motum sibi proprium, et 1º coe contrarium. Nam iste fit ab ortu in occasum, proprius autem fit ab occasu in ortum super Axem, et Polos Zodiaci, diversis tamen temporibus, prout stella, l. Planeta remotiorem est à centro, st, telluris. Proinde Stellae fixae, ut pote a tellure remotiores, proprium habent motum pene insensibilem, cujus periodus integrat, seu circulatio iuxta observationes Recentiorum absolvatur, spatio annorum circiter 2800, quam circulationem Ptolomeus complexi judicavit spatio annorum triginta sex mille.

Alij Astronomi animadvertentes, motum proprium stellarum fixarum irregularem esse, st, aliquando tardiorem, aliquando velociorem: ut causam talis irregularitatis exponerent, arbitrati sunt existere Caelum aliud inter firmamentum, et 1um mobile: quod Crystallinum appellaverunt, et illi motum attribuerunt titubationis per quem modo in Orientem, modo in Occidentem declinaret: quod etiam comunicando motum suum firmamento, et aliis inferioribus Caelis, dum ad Orientem declinat, auget et proprium motum eorum, qui versus eamdem partem diriguntur, unde et motus iste fit velocior: e contra accidit quando ad Occidentem declinat.

Praeter hoc Caelum aliud etiam Crystallinum admiserunt ijdem Astronomi, a quo proveniat obliquitas Eclypticae, seu maxima illius distantia ab Equatore, nam ipsa non semper visa est equalis. Unde docent, hoc Caelum nunc versus Septentrionem, nunc versus meridiem librari; ut motum suum comunicet firmamento, et causa sit, cur Eclyptica interdum majores angulos cum Equatore efficiat, interdum minores. Unde in hoc Systemate Ptolemaico duodecim astruunt caeli. Et licet Ptolomeus nihil de soliditate caelorum definierit, posteriores Astronomi, solidos esse Caelos pronuntiarunt.

Alias irregularitates agnoverunt Astronomi in propriis motibus cujuscumque Planetae: nam istos nunc videmus

nunc remotiores a tellure deprehenderunt, et jam ab occidente in Ori-
entem, jam e contra motu retrogradationis moveri. Quare dicunt, Planetas
nunc directos esse, nunc stationarios, nunc retrogrados. Ad quod explanandum
Ptolemaici in tres partes distinxere orbem cujuscumque Planetae, unam excen-
tricam, et duas concentricas: et in omnibus excentricis, praeter quam in excentrico
Solis, aliud minorem circulum posuerunt, quem vocant Epyciclum, in cujus cir-
cumferentia volvitur unusquisque Planeta, suis diversis temporibus. Et ab isto
motu dicunt provenire ejusmodi irregularitates.

Systema Copernicanum
constituit Solem immobilem in centro Universi, ut lucere posset, et illud radijs suis
vivificare. Circa Solem Mercurius trium fere mensium spatio convertitur. De-
inde sequitur Venus octo mensium periodo circa Solem ipsum revoluta. Tum
tellus, quae magnum orbem suum circa Solem annuo motu peragit. Circa terram
Luna intra mensem movetur. Sequitur circulus, in quo Mars duorum anno-
rum spatio movetur. Tum Jupiter duodecim annorum tempore cursum suum perficit.
Omnium denique Planetarum supremus Saturnus 30 annorum spatio circu-
lum peragit. Postremo sidera fixa prorsus immota quiescunt, et si circa
Solem ipsum lento motu ferri videantur, ut viginti sex mille annis inte-
gram periodum absolvant. Circa Jovem, et Saturnum ducunt suos
circulos illorum Satellites, seu Lunulae, quatuor nempe circa Jovem, et
quinque circa Saturnum.

In hoc Systemate Sol medium obtinet universi, terra
autem a latere est. Cum autem ex hoc sequeretur, quod terra ex una parte esset stellis
propinquior, ex alia vero remotior; ac proinde unam eandem stellam ex
una telluris parte apparere majorem, ex altera minorem: immo ex eadem telluris
parte hoc accideret, ut circa Planetas contingit, qui nunc terrae sunt propinqui-
ores, nunc remotiores. Ad hanc difficultatem vitandam, Copernici commentis sunt
infinitam pene distantiam inter Stellas fixas, et tellurem. Dicunt enim, Stellas dista-
re a Sole viginti octo mille semidiametris magni illius orbis, in quo terram
dicunt moveri: quam distantiam aequalem comperit esse Gassendus quadraginta duo-
bus millionibus semidiametrorum terrestrium.

Materiam coelestem subtilissimam esse,
ac fluidam docent Copernicani. Sol autem in isto Systemate nec annuo, nec diur-

no gaudet motu: sed ea Resiones indicia solum quas dam maculas observaverunt irregularis, et inconstanti figurae, hinc solem circa proprium axem spatio 27 dierum moveri inveniunt, ut asserunt tellurem moveri, id non de solo globo terraqueo, sed etiam de aere, ac de tota telluris Atmosphera verificari tradunt.

Copernicani non admittunt primum mobile, nec Celos Crystallinos nec motum trepidationis, aut irregularitates in motibus stellarum fixarum, eas recensendo inter veterum errores: nam asserunt stellas fixas non moveri, licet moveri videantur. Unde ad explananda Celestia Phenomena tres motus telluri attribuunt, scilicet diurnum, annuum, et motum Parallelismi. Ad quas explanationes maxime deserviunt exemplum turbinis, quo Parallelismum inveniunt; quippe non prius circulum majorem adsolvit, quam plures minores circulos circa suum axem indesinenter progrediendo efficerit.

Itaque sicuti turbo iste describit circulum majorem, sic etiam tellus magnum quemdam circulum describit, qui excentricus soli recipitur, per quem tellus progrediendo, spatio unius anni totum Zodiacum percurrit, unde motus annuus telluris dicitur. Et sicut turbo ille majorem circulum describendo, minores circulos indesinenter perficit; sic tellus, dum circulum majorem percurrit, minores circulos indesinenter facit: et motus iste est diurnus, qui spatio 24 horarum perficitur ab Occidente in Orientem. Et denique, sicut turbo axem suum, circa quem volvitur, servat perpendicularem ad horizontem, sic tellus rotando servat Parallelismum sui axis. Haec de Systemate Copernicano.

Tertium Celebratissimum Systema Tychonicum appellatum, in centro universi tellurem immobilem collocavit, circa quam diurno motu in circulis Equatori Parallelis, ex ortu in occasum, ac etiam interiori inequali periodo ex occasu in ortum ferantur secundum Zodiaci obliquitatem, Luna, Sol, et sidera fixa; Luna quidem unius mensis spatio, Sol annuo, sidera fixa viginti quinque mille annorum spatio. Ceteri vero Planetae circa solem velut centrum inequali similiter temporis spatio moventur. Mercurius soli proximior, tribus mensibus, Venus octo, Mars biennio, Jupiter annis 12, Saturnus denique 30, hac tamen lege, ut Mercurii, et Veneris orbitae circa solem non complectantur tellurem, et si complectantur illam Saturnus, Jupiter, et Mars, qui solis orbitam non omnino

secat, ut aliquando remotior Sole, aliquando proximior nobis videatur.

Hanc distantiam statuit Tycho in corpora celestia. Luna distat a tellure 56 semidiametris telluris cum dimidio, Mercurius 1150, Venus 1150. Sol 1150. Mars 1745. Jupiter 1390. Saturnus 10550. Stelle autem fixe 14000. Magnitudinem quoque corporum Celestium ita describit: Luna minor est tellure viribus 42, Mercurius 19, Venus 6, Sol major est tellure 139, Mars minor est tellure 13, Jupiter major est tellure 14, Saturnus 22. Celi substantiam tenuem ac fluidam ponit, in qua tum Sidera, tum Planete libere moveantur. Tychoni enim Comet[illegible] per etherea spatia moveri, Martem aliquando proximiorem, quam Sol, aliquando remotiorem, Mercurium denique, ac Venerem periodum suam circa Solem peragere, gravi, diuturnoque studio demonstravit. Unde ingenue fatentur Astronomi pene omnes, accuratius Celestium corporum motus observatos fuisse a Tychone, quam a Copernico. Motus vero, quo sidera, Sol, et Luna circa tellurem 24 horarum spatio simul cum Ceteris Planetis ex ortu in occasum ferunt, a Tychonicis ita exponitur, ut Lunam, Solem, et sidera, dum signa Zodiaci, lenta periodo superius exposita, ex occasu in ortum moveri dicant: interim tamen sidera illa, Sol, et Luna singulis diebus circa tellurem ex ortu in occasum circulos equatori Parallelos describant. Dum autem Sol circa tellurem 24 horarum spatio vertitur, Planetas omnes secum circumvehit, ut ipsi eadem tempore circa tellurem circulos Econtricos peragere videantur. Atque ita diurnus siderum, et Planetarum omnium motus circa tellurem, et proprius circa Solem, et tellurem ipsam, inequalis etiam magnitudo, vel distantia Planetarum a tellure facili declarantur in hoc systemate. Tudices tantum Celos distinguit, scilicet Empyreum, firmamentum, in quo sunt stelle fixe, et Celum Planetarum, sive Etherem, in quo moventur Planete omnes. Alij addiderunt Primum mobile supra firmamentum, ut ab illo repetant communem motum Stellarum fixarum ab ortu in occasum.

Dicimus, tellurem immotam existere, et Tychonicum Systema ceteris esse preferendum. Probatur 1º ex Scriptura variis in locis, ex quibus constat, Solem, et Lunam moveri circa tellurem; nam in Josue 6. dicitur: Sol contra Gabaon ne moveas

veanis, et Luna itra vallem Aialon. Steteruntque Sol, et Luna, donec ulcisceret se Gens de inimicis suis... Stetitque Sol in medio Celi, et non festinavit occumbere spatio unius diei. Ecclesiastici, C. 46: an non in iracundia ejus impeditus est Sol, et una dies facta est quasi duo. Ecclesiastes C. 1°: oritur Sol, et occidit, et ad locum suum revertitur, ibique renascens girat per meridiem, et flectitur ad Aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur. Et in eodem Cap. V. 13 ait idem Ecclesiastes, se non tam Profetae, quam Phisici, et Philosophi personam gerere: proposui inquit, in animo meo quaerere, et investigare sapienter de omnibus, quae fiunt sub sole. Genes. C. 1°. fiant luminaria in firmamento Celi, et dividant diem, ac noctem, et sint in signa, et tempora, et dies, et annos. Quae testimonia SS. PP. Sacrique Interpretes literali, proprioque sensu intelligunt: ga.

Inter alias instancias adversariorum (quas facile solves, sciens, quod Sac. Script. semper proprio, ac litterali sensu intelligenda est, quoties nihil ex fidei decretis, vel ex evidenti ratione de proprio, literali, ac proprio verborum sensui adversatur) inquiunt, solem, etsi immovilem, posse significare decursum temporis: sicut Stylus horologii solaris, qui licet immotus, tamen signum est umbrae decurrentis, et diversas temporis partes indicantis.

Sed contra: sensus non potest detrahatur temporis signum, nisi quod est per se movile, et re ipsa movetur, ut temporis sucesionem valeat amensurare. Ad exemplum horologii dico, quod stylus ipsius non designat horas ratione sui molis immobilis, sed ratione suae umbrae, quae mobilis est. Hinc illa Copernicana opinio a S. Ecclesia et Cardinalibus fidei Inquisitoribus merito reprovata fuit sub Paulo 5. anno 1616. atque iterum sub Urbano octavo anno 1633. tanquam temeraria et proprio sensui Sac. Script. contraria.

Provatur 2° eo argumenti genere quod negativum dicitur: nulla evidens ratio ostendit, tellurem moveri, et solem immotum consistere: nulla Mathematica demonstratio certa declarat, sensus nostros circa motum Solis errare: nulla experientia, vel observatio astronomica telluris motum suadet: nihil evincit laudata superius Sac. Script. testimonia ad sensus improprios esse detrahenda: immo Celestia Phenomena satis

explanã p̃ Tychonicũ Systema, ut ex argumentorũ soluõne apparebit. Igitur vera. Ex quo sequit̃, Copernicanũ Systema ñ solũ ñ posse defendi p̃ modũ thesis, sd nec p̃ modũ hipotesis eē approbandũ; qã ñ ē naẽũ, nec magis utile ad Phenomena Celestia explanãda.

Probat̃ 3ª contra Systema Ptolemaicũ: tale Systema, nec cũ Phicã, nec cũ astronomia cohæret: ergo. Ans quo ad 1ã ptẽ: illud Systema pugnat cũ Phicã, quod nequit explaẽ productionẽ lucis, immo impedit transmissionẽ lucis a Sole, et Stellis fixis usque ad nos; sd tale ē Ptolemaicũ: ergo. Mior: Celi inferiores, et si maxime diaphani sint, crassitiẽ hentarum, quæ si recte oputet, et iuxta proporcionẽ extensionis, multa leucarũ millia excedere deverẽt; sd impõbile ē lucẽ transmitti, et diffundi p̃ crassitiẽ (p̃ crassitiẽ unius argenti nummi) adeo solidã: ergo. Mior pbt ex experimento: quidenĩ ē cũ idonea soliditate magis Diaphanũ, quã lens crystali tenuissima, quæ habet crassitiẽ unius argenti nummi? Certe hæc ad oculos pota ñ impedit visionem. At si sumas aliã lentẽ, æquẽ tersã, lumĩnis transmissionẽ, et visionẽ impedit. Et ex profecto quanto magis obstaret crassities unius palmi, l. unius leucæ: ergo idẽ dicendũ de Celorũ soliditate.

Ttũ: in tali systemate Celi inferiores Planetarũ, præter motũ, quo ab ortu in occasũ fuerunt rapti a 1º mobili, moverent̃ etiã ab occasu in ortũ rapti a firmamento; sd hoc admiso, Celi, quo inferiores sũ, tardius moverent̃ motu illo 2º, qã procul magis distant, minus participant illius impetus, quẽ octava Sphera eis imprimit: quod ē contra experiẽtiã; nã Luna una mense Zodiacũ percurrit motu illo 2º, Sol uno anno, et Stellæ fixæ 25000 annis, et amplius. Igitur vera.

Probat̃ 2ª pars mĩris pncipalis: Mars interdũ fit nobis vicinior, quã Sol; et Venus modo ultra, modo citra Solẽ cernit̃, ut jã Astronomi oẽs fatent̃ post Tichonẽ; sd esset impõbile hoc, si Celi eent̃ solidi: ergo. Ex quo infert̃, quod Systema Tichonicũ ē Ceteris præponendũ, qã nec Sac. Script. adversar̃, ut Copernicanũ; nec phicæ legibus, et Astronomiæ experimentis contrariũ ē, ut Ptolemaicũ. Nec obstat, quod Arĩs, S. Thomas, Scotus, Alij qꝫ veteres Scholastici Coẽ sui temporis Astronomorũ sententiã amplexi fuisset, quæ Ptolemaicũ Systema docebat: cũ ñ dũ experiẽtia oppõtũ declarasset.

Objic. 1º ɔtra 1am probaōnem, quod Scriptura loquit de Cœlo, et terra, loquit ad vulgi sensum, et n̄ intendit exponere rei veritatem, s. appariencias sic Cœlum, et terram, ut precipuas mundi ptes describit: cum tm̄ tellus sit longe mīa Sole, et nonnullis Planetis. Sic in C. 1º Genes. Luna dicit luminare magnum; et tm̄ ē mole infima, nec lucem ā se, s. ā Sole hēt. Et sane Josue jussit Soli, ut n̄ moveret ɔtra Gabaon; et Lunæ, nec moveret ɔtra Vallem Absalon: quasi Sol, et Luna super ea loca perpendiculariter existerent; cum Sol usque ad Tropicum Cancri dumtaxat, et n̄ ultra recurrat, ut supra Palestinam excurrat. Sic denique ait Script: Stetit Sol in medio Cœli; et tunc Sol n̄ erat in Equatore; et licet fuisset in Equatore, n̄ tm̄ Equator p Syriam, aut Gabaon ducit.

Addunt Copernicani, hanc fuisse interpretandi laudatam superius Script. loca, juxta Vulgi sensum, nam l. Josue jussit Solem n̄ moveri motu 1º, et Cœli; l. motu 2º, et proprio: si 1um oēs Sphæræ, et 1um mobile stetissent: quod Script. n̄ tradit. Si 2um: q̄o velosius descendisset infra horizontem; q̄a velosiori impetu raptus fuisset a 1º mobili ex ortu in occasum, nam n̄ retrocessisset proprio ɔtrario motu ex occasu in ortum. Tum: Script. sepe docet, tellurem moveri, sic C. 9. Jo: vi de Deo dicit, qui movet terram de loco suo, et Columnas ɔcutiunt. Et Psal. 97: moveat mare, et plenitudo ejus: Orbis terrarum, et qui havitant in eo. Igit sicut alij exponunt hæc loca, sic et alia possunt exponi.

Respd neg. do asumptum. Licet enim Deus aliquādo in Script. loquat p Metaphoram, seu ad vulgi sensum; n̄ tm̄ semp. S. d in hoc n̄ immoremur. Cœlum etenim, et terra, ut pricipaliores mundi ptes recensent a Script. rōne finis, quo Deus illa creavit: nam creaturæ rōales in illis existunt, a quibus Deus adorat, et quibus cœlum, et terra pricipalius inserviunt. Luna vō appellat Luminare magnum, n̄ rōne suæ molis, s. d rōne oficij: quod colligā ex Genes. C. 1º: fecit Deus duo Luminaria magna: Luminare maius, ut pæesset diei: et Luminare mīus, ut pæesset nocti. Sic Josue n̄ rogavit Deum, ut Sol, et Luna p pendiculariter pmanerent supra Gabaon, et Vallem Ajalon, s. d ut eorum aspectus cum ea irradiatione persisteret, qua Gabaon, et Ajalon illuminabat, unde cum dicit stetit Sol in medio Cœli; n̄ denotat exactum Cœli medium; s. d l. indefinite accipit pro

axe meridiani ipsorum Israelitarum, sed et pro ea medietate caeli, quae distat horizonte, et occidente.

Ad aliud dico, quod Iosue loquutus fecit de motu diurno, et coni: qui si efficiatur a 1.º mobili non esset absurdum dicere, et istud statuere; nam licet Script. hoc expresse non tradat, tamen ex ejus assertione, ut deinceps colligitur. Denique, cum fundatur in provatione pro motu solis Script. loca opertiora sint iis, quae in argumento proponuntur, ex illis istorum intelligentiam accipere deberemus. Unde Iosue sententia intelligenda est de motu violento, quo justa Dei volunte interdum terra concutitur. David vero non de terra materiali, sed de hominibus terrae incolis loquitur; quos ad exultationem invitat, propter Christi adventum, quem mystice significabat. Unde in 1.º Paralip. c. 2. dicitur: commoveatur a facie ejus omnis terra; ipse enim fundavit orbem immobilem. Quasi vellet, terram Deo vallente moveri posse, et si Deus eam immobilem detinuerit.

Objic. 2.º speciatim contra 2am provationem: Deus, et natura nihil moliuntur frustra: ut omnium consensus tradit cum Aristot. lib. 1.º Politicorum, c. 2.º; sed cursu diurno, et annuo telluris motu, superfluerent, tam immensa illa sphaera primi mobilis supra firmamentum efficta, ut stellae ab ortu in occasum moveantur 24 horarum spatio; quia ejusmodi stellarum motus, cum per solum telluris motum Phenomena omnia subsistant. Converso vero, si terra statuatur immobilis, tunc pene incredibilis velocitas concedenda est stellis fixis, qua ab oriente in occidentem moveantur; nam si stellae fixae distant saltem tredecim mille, et quigentis semidiametris terrae, ab ipsa terra, ex proportione diametri ad circumferentiam colligitur, aequatorem caelestem continere septuaginta et unum milliones, nongentas septuaginta septem mille, centum quadraginta tres leucas germanicas, quas unumquodque sidus quotidie percurreret; proinde singulis horis quodlibet sydus tres milliones, quadringentas mille, septingentas quatuordecim leucas germanicas pertransiret. Porro cum constet experientia, hominis sani arteriam singulis horis quatuor mille ictus vibrare, hinc calculo facto, quodlibet sydus parvo illo tempore, quo pulsus unus arteriae perficitur, septingentas sexaginta leucas percurreret.

Respondeo gratis permittendo hanc physicam probabilitatem per se ferens; sed negando eam vim obtinere demonstrationis, aut evidenter firmare copernicanum systema. Quamvis enim maxima illa stellarum velocitas clare à nobis capi non possit, non tamen est impossibilis. Sane multa occurrunt minus verosimilia in copernicana hypotesi; et tamen copernicani suam opinionem non deserunt. Proinde cum nobis objiciunt incredibilem stellarum cælestium, recogitent ipsi infinitam distantiam, quam inter stellas fixas, et solem adstruere coguntur. Recogitent ipsi infinitam distantiam quomodo comprehendant perennem illum motum aeris, qui tunc in superiori, tunc in inferiori suo, per motum terræ sequatur: quomodo cum contra Vertiginum doctrinam corpora in acta conentur recedere a centro sui motus, id non contingat ædificiis, turribus, et hominibus, qui cum terra in gyros aguntur; vel saltem aeri, aut æthere cum tellure in gyros acto: quomodo denique à revolutione solis circa proprium axem excitari possunt planetæ omnes ad similem motum vertiginis, cum globus circumactus non excitet alterum globum etiam sibi propinquum: et cum motus iste adeo tardus est in tellure, et Marte vicinis soli, ut pote indigens spatio 24 horarum, dum in Jove plus dupla celerior est, cum 9 horis absolvatur: his rationibus plerique contendunt, tale systema falsum demonstrari. Nos vero negativo argumento contenti sumus; et hic proponimus, ut videatur absurda maxima illa stellarum velocitas.

Si dicant, quod natura ornavit res mole magnas ad quietem, et minus molis ad motum; ideo quod terra, quæ cœlestibus corporibus comparata veluti punctum est, moveri debet. Respondeo, quod licet cœlestia corpora quantitate molis excedant hæc inferiora, multa tamen ex istis perfectione illorum superant, quia propter ista facta sunt; nempe sydera propter homines, ut sint in signa, et tempora. Unde licet sydera quantitate molis excedant tellurem, minime non est, quod potius moveantur, quam tellus, in qua habitant homines.

Objectio 3ª: Astronomicæ observationes demonstrant motum telluris: ergo. Respondeo: 1º ex observationibus Flamstedij, et Cassini Junioris reperta est parallaxis stellarum fixarum; nam ille animadvertit, stellam Polarem videri nobis altiorem 45 secundis in hieme, quam in æstate; iste observavit, sirium sex

secundis in Estate, qam in hieme videri altiorem. Adquod n̄ alia Rão, nisi qa tellus motu suo proprior fiat Stellæ Polari, aut Sirio, uno tempore potius, qam altero. 2º: lumen a Satellitibus Jovis reflexum, post eorum eclisin nonunquam decem minutis tardius defert ad tellurem, quam alio tempore: quod n̄ accidat, nisi qa tellus nonunquam integra orbite annuæ diametro sit a Jove remotior. 3º: Metheora altiora, ut Dracones, seu trabes volantes, fere semp̄ moverent ab oriente in occidentem: ad quod nulla ē rão, nisi fateamur xtā leges motuum Cartesianas ejusmodi Metheora ab aere nrō p̄ motum diurnum circumactum, velut effundere excutit, ac proterea tellure versus horientem promota, abire versus Occidentem p̄ lineas tangentes. Ergo &c.

Respō neg. ād ans; ad cujus 1ā probationem dico, quod ex Parallaxi stellarum fixarum minime demonstrat motus telluris, ut fatet Wolfius, qui etsi mordicus tueat Systema Copernicanum, tm̄ in Elementis Astronomiæ, ptē 2ª C. 3ª. de Systemate Planetario, post quam varias exhibuit Astronomorum sentētias circa Stellarum fixarum Parallaxim, ejusdem que censu cum motu telluris, ingenue fatet nº 60 1. falli eos, qui motum telluris annuum p̄ Parallaxim fixarum demonstratum ē contendunt. Quare satis probabili rone possumus asserere, Sirium gaudere motu periodico, ut accidit stellæ, quæ ē in Balnea, et Cygno: qui motus ē causa Parallaxis.

Possumus etiā dicere, matam Ethereā, quæ ē in ptē Celi Australi, densiorem fieri p̄ recessum Solis in signa Borealia, atque ita lumen Syrij magis in Estate refrangat, et Syrium videri altiorem. In hieme vō cum Sol versetur in signis Australibus, rarefaciet eam matam Ethereā, atque adeo minor erit refractio, et Syrius apparebit depressior. Quod vō Etherea substā refrangere valeat lumen, dpertum ē experientiā, nam radius lucis transiēns p̄ exhaustum Machinæ Pneumaticæ patit refractionem. Idem dicimus de Stella Pollari.

Ad 2um. Ca retardação luminis a Satellitibus Jovis reflexi etiā fit, quod tellus ē Jovi proprior. Unde n̄ ē proportionalis distantiæ telluris, nec p̄ motum telluris exponenda ē. Ad 3um. Si Metheora illa ex aere veluti effunda excuterent, idem contingeret in nubibus, aliisque exhalationibus; adeoque sequeret, ea Metheora frequentius apparere. dpertum ē etiā Phenomena illa quod oque versus horientem move

ri, et sęp. e Versu Meridię; quod fieri n̄ posset, si excussa a telluris motu moverentur. Quare Rāo talis effluvii ā ventis orientalibus repetenda ē, qui in superiori aeris Regione ptinuo spirant.

Obiici denique ptra 3ā probatiōnē: ex C. 37. lib. Iovi, in quo legimus; tu forsitan cū eo fabricatus es Cælos; qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Et Genes C. 1.º ubi Cæl̄ dicit firmamentū, eo quod firmū sit, ac stabile. Et ex Epist. ad Hæbreos C. 4.º in quo Xptūs Dnūs dicit penetrasse Cælos in sua āscensione. Et S. Paulus Raptus fuit usq. ad 3ū Cælū: ex his inquā sac. script. locis ptat, plures statue Cælos, ēēq. solidos: nā si eēnt fluidi, unicū Cælū oīā sydera ptinere, sicut unicū Mare oēs pisces: ḡō præponendū ē systema Ptolemaicū.

Resp. in lib. Job Cælas dici solidissimos, q. stabiles sī, propt. ā suā extensionē, aut diffusiōnē appellari quasi æs. In eodē sensu appellāt. Genes. Cælū firmamentū. 3ū plerique de Cælo Empyreū intelligunt: et sensus ē, Xptū ascendisse in Cælū, et ibidē ēē. Raptū ā S. Pauli ad 3ū Cælū mistice intelligit August. p̄ triplex visionis genus. Sd nos possumus litteraliter intelligere illū, q. in systemate Tichanicū 3ū Cælū ē Empireū. Ad hoc enī raptus fuit Paulus ad audienda arcana illa n̄ ā ad Cælū Veneris, quod ē 3ū Cælū in systemate Ptolemaicū.

QUÆSTIO 2ª.

An Corpora Cęlestia alicui Corruptioni Subjaceant?

Quāquis statis judicasset, corpora cęlestia ēē ab intrinco incorruptibilia, ptrariū docet N. Subl. D.r St solū ab extrinco talia ēē, quatenus nullū agens creatū natāli virtē pt ea alterare, et corrumpere: supnatāliter ā possunt corrumpi, q. creaturę et natāles sī. De facto ā nulli corruptiōni subjacere docent Peripatetici ptra Recentiores, qui observaonibus ptrariū probare nituntur. Quare....

Dicimus nondū ēē demonstratū dari corruptionē, etiā accidentalē in corporibus cęlestibus. Pb. ubi nulla ē mutaō, nulla dat. de facto corrupō; sd de Phō lib. 1.º Cæli C. 3.º xā tradita toto præterito tempore, memoriā nihil

mutaõnis ottingit, nec in toto ultimo Cælo, nec in nulla partium propriarum ipsius:
ergo.

Objic. 1º: Stellæ de novo producuntur, et corrumpuntur: ergo. Ans. constat ex eo, quod diversis temporibus novæ Stellæ à pluribus Astronomis fuerunt visæ, et postea evanuerunt. Sed Respondeo negando ans.; quod non probatur ex novis illis apparitionibus stellarum. Ex hoc enim solum sequitur, Sydera aliquando videri, aliquando vero occultari; et ratio quare non omnia æquali superficie Cœli parte videntur, sed probabilius est, stellas alias alijs esse altiores. Optime sic etiam explicatur, aliquando videri, aliquando occultari, si supponamus, Sydera fixa circa proprium axem converti certa quadam periodo, et componi ex materia, quæ inæqualiter lucida sit, ita ut lucidiorem partem nobis obvertentem, fugere, et oriri dum vero obscuriorem, evanescere, et interire dicantur. Hoc confirmat Dr. Solis, et Planetarum cum analogia, in quibus ille motus circa proprium observatur: confirmat regularitas, et constantia, qua eadem Sydera apparent, aut redeunt; invicteque probat similis proprietas in quinta Saturni satellite, quidem telluri proximus est nunquam videtur, videtur à superiori parte suæ orbitæ, dum à tellure est remotior: quod non potest explicari, nisi ad inæqualem hanc lucem, sidera quæ moter recurrat.

Objic. 2º: in Luna contingunt eadem Phænomena, ac in tellure: ergo sicut in ista locum habet alteratio, et corruptio, ita in illa. Ans.: lumine solari deficiente, circa Lunam videtur annullus lucidus, qui aliud non est, nisi fluidum quoddam figuram fune assumens, radiosque solares refrangens, et reflectens. Ex quo fit, Lunam eodem etiam telescopio, et in eadem aeris non constitutione non semper æque claram apparere: quod non provenit nisi ex variatione fluidi eam ambientis. Aer etiam Lunaris limbum Solis tremere facit. Tum in Luna dantur Maria, et Montes, nam in ea sunt partes quædam obscuriores, quas maculas vocant: ibi etiam dantur tractus ingentes, qui superficiem prorsus æquabilem habent, et minus luminis reflectunt; adeoque fluidum aliquid sunt, seu Maria. Igitur &c.

Respondeo negando ans., ad cujus 1am probationem dico, quod annulus ille lunaris à radiorum solarium diffractione oritur. Radij enim lucis non solum reflexionis, et refractionis capaces sunt, sed etiam inflexionis, seu diffractionis. Quando enim radios lucis in globum opacum incidit, ut lignum, aut

Metalis, circa quem nulla Atmosphera effingi pt, tunc Radius ille Rectali-neam directionem retinere n pt, nec pervenire ad oculum ex adversa pte stitutum, unde circulum quendam circa globum efficit, ut ad oculum perveniat, coronamque luminosam dexate latitudinis directa lumine palidiorem efficiat. Ex quo tiemon etiam apparet, qui ab undulatione, et diffractione Radiorum proveniat. Ex ipsa Radiorum solarium reflexione varia oriunt etiam diversae lucis lunaris modificationes: ea quod varia reflexio derivat ex diverso Solis aspectu, et diverso utriusque Syderis motu, praesertim Respectu nrum.

Ad aliud negamus in Luna esse Maria; quia ea spatia, quae Maria dicunt, n sunt nisi cavitates ejusdem naturae, et coloris cum reliquo lunari corpore. Maculae lunares sunt umbrae ex montibus lunaribus projectae. Unde oculo inermi eaedem apparent maculae, dum Luna videt in quadraturis, quae apparent in oppositione. Montes enim, et faveas in Luna stare fatemur. Sed n sunt sicut Montes telluris, qui aliquando nivibus candent, aliquando herbis, et plantis virescunt; aliquando nubibus obducunt. Nihil simile in Montibus lunaribus contingit, quia semper eodem modo apparent.

Si ireat, quod in Marte, et alijs Planetis etiam inveniunt maculae, aliquando mutant, aliquando disparent: respondeo, maculas in Marte provenire ab umbra alicujus corporis, cum habeant ductos rectilineos. In Jove, et in Satellitibus Jovis, et Saturni maculae explanant, ut de maculis Lunae. Ratio autem cur in Jove interdum tres fasciae, interdum quatuor, aut quinque apparent, est, quia taliae fasciae provabilius proveniunt ab annulis, quales stant in Saturno; vel proveniunt a libratione Jovis, ejusque diversa positione, et distantia a Sole, et tellure; vel si admittat fluida, quandam materiam in Jove reperiri, quae in diversos albeos influat ratione diversam librationem, seu positionem Jovis, adhuc n provat ulla alteratio in celestibus corporibus.

Objic 3º: in Sole etiam apparent maculae, tanquam nubeculae, quae n aliud esse possent, nisi spumae et faeces ab ipso Sole efervescente erumpentes, aut nubes e Solis exalationibus coalescentes, et supra supra Solem elevatae: ergo in Sole locum het alteratio. Rns: numerus talium macularum n semper est idem; aliquando [illegible] apparuerunt. Magnitudo earum inequalis, quandoque apparent majores tellure. Diversas etiam hent figuras, nam oblongae aliae, aliae curvae, n tamen rotundae, ut Ceteris Planetae sunt ra: ergo.

Respõd. solares maculas eẽ corpora opaca, sive Planetas, qui circa Solẽ gyros suos pficiunt: et in Solẽ, velut umbræ, apparent: eo modo quo Heullejus vidit umbram 1mi, 2i, et 3i Satellitis Jovis, transire supra corpus illius, et umbram Saturni effundit supra illius annulũ, crassiorẽ qe ee propẽ solarem ipsũ. Hoc probat, qã corpora Soli affixa nequeunt hẽre motũ a solari distĩ: faces, et nubes ñ hent motũ periodicũ. Atqui maculæ Solares gaudent motu a solari diũso, ee periodico; qã ut refert Chirchius Lipsiæ anno 1684 a die 26 Aprilis usque ad diẽ 16 Julij macula in Sole visa fuit, quæ p 12 dies in disco Solis fuire ꝯspicua, p 1 sũo dies post Solẽ latuisse ꝯpexit; Quare dicendũ ẽ, maculas circa Solẽ rotari, gaudereq; motu a solari distĩ, et periodico. Unde aliqñdo etiã Mercuriꝰ in Sole visus velut nigricans macula apparuit: ut observavit Gassendus.

Satis etiã probabile ẽ, eas maculas ita circa Solẽ gyrare, ut ñ fiant nobis visibiles, nisi qñdo plures ꝯvenerint, l. sibi invicẽ proxime fuerint, ita ut appareant in unam ampliorẽ massam ꝯfundi, sicut ædificia longe a nobis dissita, et si ñ intimo nexu invicẽ colligata sint, ꝯjuncta tñ inspicientibus nobis apparent. Hinc cũ in Solis media facilius ꝯjungant, ibi etiã sæpe videntur: in ptibus vo Solis, propter exiguitatẽ, et earũ dissociaões ñ cernunt. Nec ergo hoc deuet ẽẽ mirũ, qã etiã duo 1mi Satellites Saturni ñ nisi rarissime, et ingentibus telescopijs a Saturno discerni possunt. Et cũ ñ eadẽ regulari motu moveant, ideo ñ adeo frequenter, eædẽ redire cernunt propt variã ꝯjunctionẽ; unde varia resultat earundẽ figura. Cũ ã maculæ Solares diversã librãonẽ heant, ut cæteri Planetæ, inde provenit irregularitas figuræ apparentis, et quod aliqñdo partẽ obversam nobis a Sole illustratã. Unde nec 2ũ ptẽ illã possint a Sole distingui. Inde etiã fit, ut sensim minuant, aut etiã quodoqe disperire videant, cũ instar aliorũ Planetarũ ꝯspicuæ nobis redant oĩ ex ptẽ obversa nobis illuminata.

Porrò nullã sensibilẽ Parallaxiñ exhibent, qãss Soli propiores, qm Mercurius, ut ait Wolfius. Et rãtiõ, qa ut sensibilis Parallaxis exhibeat, oportet certã, determinatãqe interesse distãm ñ Solẽ int oculũ inspicientis, et corpus illud, quod ad diversũ ultimi tñi puncta refert, sed etiã int illud corpus, et ipsũ ultimũ tñũ. Unde cũ corpora illa opaca vix a Sole dissita sint, proporcione habita ad eam maximã distãm, qua longe ã nobis potãss, ideo ñ exhibent nobis parallaxim sensibilẽ.

QUÆSTIO 3a.

De Cælo, Stellis fixis, Sole, Luna, et alijs Planetis, eorumque Eclipsibus.

Jam diximus, Cælos non esse solidos, sed fluidæ naturæ; et cælestem regionem vacuam non esse, sed æthereæ substantia repletam; quæ a luce Solis, et stellarum illustratur. Communiter etiam tenent Philosophi, Planetas non de suo lumine claros esse. Quare de stellis fixis inquirendum est, an proprio fulgeant lumine. Circa autem superficiem Lunæ, quæ inter Planetas proximum nobis locum obtinet, Veteres Peripatetici sphæricam, politam, levissimam esse dicebant, ejusdemque maculas a sola majori, vel minori partium densitate oriri arbitrabantur. Nunc vero communis Philosophorum sententia docet, asperam maxime, et inæqualem esse superficiem Lunæ. Et cum duplex lux in Luna agnoscatur, nimirum prima, seu argentea, qua Phases Lunæ distinguuntur; et secunda, seu subobscura, quæ reliquum discum conspicuum facit: utramque Lunæ propriam esse aliqui dixerunt; alij priorem, alij posteriorem. At jam Philosophi a solaribus radijs utramque Lunæ lucem derivari tradunt: primam a radijs illis directe in Lunam effusis; secundam ab ijsdem radijs a tellure in Lunam reflexis. Quare...

Dicimus, stellas fixas proprio fulgere lumine, Lunam vero esse corpus omnino opacum, ejusque superficiem asperam, et inæqualem esse. Probatur 1a pars: lux stellarum fixarum purissima, et constans est, licet stellæ illæ tanto intervallo a Sole distent, ut Sol ex earum loco visus vix appareret veluti minima stella tertii ordinis: lumen vero Planetarum pallidum est, vicissitudinibus obnoxium, longeque debilius. Atqui hujus discriminis non est alia ratio, nisi quia Planetæ, cum sint corpora aspera, et opaca, lucem a Sole acceptam regerunt, sed reflexione debilitatam; stellæ autem fixæ proprio fulgent lumine. Sed est advertendum, stellas, et Planetas Soli proximiores, scilicet Venerem, et Mercurium, scintillare, quatenus illorum lux fluctuare videtur. At hoc provenit a vaporibus in circumstante aere nostro existentibus, quod patet eo quod in Arabia ubi summi calores vigent, nulli vapores apparent, nec ros decidit, ibi nulla deprehenditur scintillatio in luce stellarum fixarum.

Probatur 2ª pars: lux Lunae, sive propria, sive aliena a radijs solaribus oritur: ergo est corpus opacum. Antecedens quoad 1am partem: lux propria Lunae iuxta diversum solis aspectum augetur, et decrescit; unde Luna phases seu mutationes suas respectu nostrum subit; nam semper dimidia semper Lunae pars a Sole illustratur, imo probabilius aliquid amplius illuminetur, quam dimidium Lunae, quia sol maior est Luna; non tamen semper eadem dimidia Lunae pars a Sole illustrata tellurem respicit: Adeoque ubi Luna cum Sole coniungitur, hoc est, inter Solem, et terram incipit, Lunae pars a Sole illustrata in Solem ipsum convertitur, nobisque inferior, et obscura pars apparet. Probatur 2ª pars minoris praecedentis: si propria lux Lunae esset sibi innata, eodem modo appareret, absente luce propria, sed tanta est varietas, ut iam cinericia, iam flava, iam rubea, vel ferruginea videatur: ergo a Sole provenit; nam haec inaequalitas coloris cadit ex inaequali vaporum densitate, qui in aere existentes a reflexis Solis radijs inaequaliter illuminantur.

Probatur 3ª pars: montes, et valles in Luna reperiuntur: ergo eius superficies aspera, et inaequalis est. Antecedens patet; nam Telescopio experientia est, nigricantes quasdam maculas in Luna videri aspectui Solis oppositas, motumque servantes ad Solis motum iuxta leges Opticae; adeo ut si Sol ex una parte Lunam illuminet, macula seu umbra in altera parte projiciatur, motuque Solis varianter, et ipsa umbra mutetur, atque dum Sol Lunae opponitur, ut plenilunio, tunc nullae maculae in Luna videntur. Hinc dum Luna falcata apparet, Sectio illa, quae partem illuminatam ab obscuriori dividit, aspera, et inaequalis admodum Terrae dentatae apparet. Igitur etc.

De Natura Solis, et Stellarum.

Circa hanc materiam duae sunt contrariae opiniones; nam Atthomistae, et aliqui recentiores docent, Solem, et Stellas fixas constare natura ignea, et esse corpora in se ipsis formaliter calida. Contrarium sustinent Cartesiani cum Peripateticis. Pro 1ª opinione alegatur auctoritas Sacra; nam C. 14 Ecclesiast. dicitur: Sol in meridiano exurit terram, et in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere: fornacem custodiens in operibus ardoris, tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exufflans, et refulgens radiis suis obcaecat oculos. Quae verba in sensu proprio intelle=

lligunt. Pro hac sentẽtia citantur etiã Basilius, S. Ambrosius, et Tertulianus.

Deinde pro eadẽ sentẽtia adducit ratiõ, nã Soli conveniunt ignis proprietates, quales sũt illuminare, calefacere, et exsiccare. Cui conveniunt proprietates ignis, ignis ẽ; nã sicut natã a proprietatibus, sic natæ identitatẽ, a proprietatũ identitate cognoscimus. Ideo enĩ flammã eẽ ignẽ affirmus, qã illuminat, calefacit, et exsiccat; et ideo ignẽ Romæ existentẽ dicimus eẽ ejusdẽ natæ cũ igne, qui extat Matriti, qã utergue eosdẽ effũs præstat. etc.

His, et alijs respondent Peripatetici. Et 1.º ad verba Scripturæ dicunt, optime explari in sensu proprio, et litterali, quin nata Solis sit ignea. Talia enĩ verba ñ aliud innuunt, nisi Solẽ calefacere terrã, et montes; nã etiã Resiones faciunt, terrã ñ inflamari, nec accendi. Ad Patres respondent, quod in hac re ñ plus hent auctoritis, quã Phi illi, quorũ opiniõ in hac pte aprobarunt. Et denique 3 adduint, Solẽ illuminare, calefacere, et exsiccare. Sd tales effũs dicunt producere actione æquivoca, ñ univoca: et ut vis illuminandi, callefaciendi, et exsiccandi per se ferat verã ignis proprietatẽ, 3notare debet actionẽ univocã; unde vis illa 3venit Deo, qui et illuminare pt, et calefacere, et exsiccare, p actionẽ æquivocã, cũ tm̃ Deo nulla vera corporalis ignis proprietas possit 3venire.

Itaque virtus calefactiva, illuminativa, exsiccativaque ñ ẽ intimior proprietas ignis, qã intimior cujuscunque rei proprietas respicit quidpiã immanens in eadẽ re, virtus ã illa ad effũ transeuntẽ ordinat, nempe ad producendũ aliquid in subto ab ea re, quæ p illã virtẽ operat. Quãobrẽ vera, et intimior ignis proprietas ẽ virtus exigitiva lucis, et caloris in se ipso. Nihil ã ẽ, qud demonstret, hanc virtẽ Soli 3venire. Flamã enĩ sustinemus eẽ verũ ignẽ, et oẽs ignes in terra existentes, eẽ ejusdẽ natæ, tũ ex qualitatibus immanentibus, tũ ex adæquata oiũ affectionũ collectione, quæ p nros sensus deprehendit in illis eẽ ejusdẽ rõnis. Nulla ã tõ talis demonstratiõ rẽ ita se here in sole evincit. Sd hac ñ obstante, nec uni, nec alteri sentiæ adhæremus: Sd natã Solis, et Stellarũ ignotã eẽ nobis censemus in tanta earũ ã nobis distã. Solũque pro certo hendũ eẽ arbitramur, Solẽ, si ignis eẽ dicat, purissimũ ignẽ 3stitui debere, q uitrñ alimto ñ egeat.

De via Lactea.

Via Lactea ē circulus in Cœlo ɔspicuus, et à Capricornio versus Geminos extensus, qui Via Lactea appellat̄, q̄a candore similis ē lacti. Pytagoras docuit, ejus dealbaōnē a Sole factā fuisse, p̄ adustionē, dū olī p̄ eā moveret. Democritus, et Anaxagoras docuerunt, Solē, propt̄ telluris interpositionē ñ posse Stellas in p̄te opp̄ta existentes illuminare, s̄d ab alijs Stellis diffundi lumen quoddā ɔtriū in eas Stellas Soli opp̄tas: quod lumen ē Galaxia seu Via Lactea. Alij Phī alia senserunt. Cęterū cōis op̄io docet, Viā Lacteā eē ɔgeriē quamdā innumerarū propemodū Stellarū.

Hęc Sentīa nunc verissima hēt: nā Telescopio ɔpertū ē in illis Viæ Lacteę partibus maxima minutissimarū Stellarū ɔgeriē extare: quę quidē stellę singillatī ob parvitē ñ discernunt̄, s̄d oēs simul ɔgregatę ob maximā à nobis distā invicē nexę apparent. Si nudis oculis spectent̄, illāq Cęli p̄tē albicantē reddunt purissima sua luce. Idē Telescopio observatū ē etiā de stellis, quę nubelosę dicunt̄; hę enī, tanquā guttę lactis, et maculę albę apparent, cū tn̄ sint ɔgeries quędā Stellarū. Nebulosę ò dicunt̄, ɔparaōne facta ad alias Stellas maxime fulgidas, s̄d revera s̄s albicantes. Igit̄ experiēnā ɔstat, Viā Lacteā eē ɔgeriē Stellarū.

De alijs Planetis.

Planetę oēs hent suū Apogeū, et Perigeū. Apogeū Planetarū ē punctū māxis distę ipsorū a tellure, Perigeū vò mīāi. Etiā hent Apheliū, et Periphelium, hī ē punctū, in quo s̄s remotiores a Sole, D̄ū, in quo s̄s illi proximiores. Et denique sicut diximus de Luna, ita reliqui Planetę, Mercurius, Venus, Mars, Jupiter, et Saturnus, asperā, et inequalē hent sup̄ficiē, atque ex se opaci s̄s, et subobscuri. In Mercurio enī Venere, et Marte, places luminis deprehensę fuerunt, et Mercurius, ac Venus, velut nigricantes maculę, in Solari disco aliquando apparuere.

Mercurius Planetarū oīū minimus, vicinior nobis ē Marte, et raro ɔspicit̄, tū ob exiguitē, tū q̄a fere semper a radijs Solaribus occultat̄. Vix unquā rotundus videt̄, s̄d interdū bifariā sectus,

ut Luna in quadraturis, et fere semper gibbosus apparet. Circa Solem movetur et Circulum describit excentricum, unde propior Soli quandoque est, aliquando vero remotior. Quando vero Soli propior est, quam Venus, maxime quoque lucem recipit.

Venus insigni splendore mirum alios Planetas antecellit; circa Solem vertitur: circulum tamen excentricum describit, proindeque non habet semper eamdem a Sole distantiam. Solem aliquando praecedit, unde Phosphorus, Lucifer, Aurorifer, appellatur; aliquando vero Solem ipsum proxime sequitur; unde Hesper, Vesper, Vesperugo, dicitur. Scintillare videtur, quod ex illius soliditate decipit.

Mars unus ex superioribus Planetis, Jove, et Saturno propior est nobis; Mars dicitur ab ardenti veluti rubore, quo illustratur. Motus, quo circa Solem movetur, tellurem complectitur, ut proinde aliquando Sol proximior, aliquando remotior sit.

Jupiter non videtur habere figuram sphaericam, sed sphaeroidi potius circa polos compressae similem. Quatuor satellites, seu Lunulae circa Jovem, velut centrum moventur. Primus, et interior Satelles cursum suum absolvit circa Jovem intra unum diem, horas 18. et minuta 22., 2us intra tres dies, horas tres, et minuta 14. 3us septem diebus, horis novem, minutis 42., 4us diebus 16, horis tres, minutis 2. Quando sunt in conjunctione cum Sole, impediunt contuum unum lucis pervenire ad Jovem, unde umbram in Jovem diffundunt, quae velut maculae mobiles in eo apparent,

